APPARATVS CRITICVS

AD

FORMANDVM INTERPRETEM

VETERIS TESTAMENTI

CONGESTVS

A

D. CAROLO FRIEDERICO BAHRDT,

PROFESSORE GIESSENSI.

VOLVMEN I.

LIPSIAE,

SVMTIBVS SCHWICKERTI.

cIↃIↃCCLXXV.

PRAEFATIO.

Quamquam is ego non ſum, qui aliorum operam contemnere, ſuisque ſtudiis palmam vindicare auſit, id tamen in aperto poſitum eſſe confido, variarum lectionum collectiones, quas adhuc viri eruditi fecere, conquiſitis vndique codicibus manu ſcriptis, iisque cum editionibus maſorethicis collatis, tanti non eſſe, quanti a quibusdam aeſtimantur. Hi enim codices, quotquot mihi innotuere, neque antiquitatis laude ſatis celebres, neque vlla earum notarum ornati ſunt, e quibus tuto colligi poſſit, eos a fontibus, e quibus editiones vulgares textus hebraici manauere, ſatis diuerſos eſſe. Quod quidem ſolum, opinor, ſagaciori rerum aeſtimatori perſuadebit, veterum verſionum, cum graecarum tum orientalium, auctoritatem, horum omnium codicum auctoritati longe multumque eſſe anteferendam: cum nemi-

nem fugiat codicum, quibus verſionum iſtarum au-ctores vſi ſunt, alios XIV alios XX Seculorum aetatem ſuperare.

Et mirum ſane videri poſſit, quod fere nemo adhuc, vel tamen vix vnus et alter, de his variarum lectionum fontibus aut eruendis, nedum *exhauriendis* cogitauerit, niſi huius laboris tam magnitudo, quam difficultas, adeo nota eſſet, vt ingenium non magnopere exercendum ſit, ſi dicere debeamus, quid viros doctos ab hoc ſtudio deterruerit.

Interim ego firmiſſimo propoſito apud me decreui, hoc humeris meis onus imponere, atque nec faſtidium extimeſcere, quod negotii lento gradu procedentis, ſummamque attentionem et patientiam deſiderantis exſecutio mouet, nec moleſtiam fugere, quam creare ſolet lectio et collatio ſcriptionum et mentis et corporis oculorum aciem exercens. Fert enim animus, verſionum veterum omnium collationem inſtituere, lectionis vniuerſam varietatem colligere, iudicii ſuper textus differentiis potioribus ferendi rationes exponere, atque hanc operam per aliquot annorum ſeriem ita continuare, vt tandem totius veteris teſtamenti cum verſionibus veteribus collationes abſolutiſſimae in manus eruditorum perueniant. Atque

haç in re fidem meam interpono, me nunquam a legibus, quas critici prudentiores sibi in tali negotio exsequendas proposuere, esse aberraturum. Sunt vero hae:

I. Videndum est in primis, vtrum textus versionis, quam deflectere a textu Hebraeo cernis, sanus ipse sit, an ex alia versione, vel aliunde corruptus interpolatusue esse dici possit. Huius regulae obseruatio saepissime ansam dabit medendi textui versionum. II. Videndum porro est, in quouis loco, vbi versionis a textu Hebraeo dissensus deprehenditur, annon rarior, vel plane ignota vocis Hebraeae, a qua versio aliqua deflectere videtur, significatio possit inveniri, quam versionis istius auctor expresserit; adeo, vt aliter non legerit, sed aliter modo, quam tu exspectabas, transtulerit. III. Videndum, annon missa verborum proprietate, *sensum* expresserit auctor versionis, aut prouerbium prouerbio mutauerit, et quae sunt similia. IV. Videndum praeterea, an verbum graecum vel syriacum vel arabicum etc. in quo versionis auctor a textu Hebraeo tibi longe abesse videtur, eam notionem *vere* habeat, e qua nouam lectionem coniectabaris. In quo sedulo cauendum est, ne versionibus Polyglottorum latinis decipiamur. Sae-

pe enim voces Graecae vel Arabicae aliaeue, notiones exprimunt, cum ab intelligentia auctorum, qui versiones istas Latinas composuere, tum a lexicis vulgaribus valde alienas, et tales quidem, quae praeter opinionem, rectius examinatae, cum textu Hebraeo amice concordant. V. Videndum, vtrum versio, cuius auctoritate motus variam in dato aliquo loco textus lectionem subfuisse iudicaueris, suum ipsa suffragium ferat, an alienum sequatur? Nam Arabs v. c. in plerisque libris non textum Hebraeum, sed versionem Graecam των O. secutus est. Sic Syrus et Vulgatus in his libris Chaldaeum metaphrasten, in aliis Alexandrinos, in aliis textum ipsum expresserunt. Quo fit, vt non quaeuis versionis varietas, veram in textu Hebraico varietatem euincat, eamque suo suffragio demonstret.

Harum itaque regularum ductu, prima vice *Prophetas minores* aggredi mihi constitutum est. Lectorum enim nihil interest, vtrum a Mose, an a Malachia exordiamur. Istos vero minores libellos ideo potissimum elegi, quia in celeb. Dathii recentissimo opere videbam alia praetermissa, alia minus accurate posita esse, quae ad criticum horum prophetarum examen pertinerent.

Neque tamen verendum eſt lectoribus, ne nudam variarum lectionum venationem in his libellis (quorum duos per annum edere decreui) deprehendant. Alium potius et non minoris momenti ſcopum mihi ſimul propoſui: ſcilicet talem, quo ſcriptionum mearum lectionem vtilem non modo, ſed etiam iucundam plurimis fore ſperandum eſt. Addam enim cuilibet commati hebraeo notas, breuiſſimas quidem et mere philologicas, ſed ita comparatas, vt lectores earum attenta lectione ad percipiendum linguae tam Hebraeae, quam Graecae (quarum rationes inter ſe coniunctiſſimae ſunt) genium, et ad vniuerſum ſcriptores ſacros recte interpretandi modum manu quaſi ducantur. Qua quidem re eorum potiſſimum commodis conſulere decreui, qui vel librorum huc pertinentium iuſto apparatu carent, vel clericalium negotiorum multitudine impediti, eiusmodi, ſi praeſto eſt, apparatu in perſcrutandis fontibus ſacris vti non poſſunt, vel etiam ſufficienti litterarum Hebraicarum ſcientia plane deſtituuntur. Hi enim, ſi has meas ſcriptiunculas attente perlegere, textusque ſacri rationes, obſeruationum mearum a ſuppellectili ſatis inſtructi, indagare voluerint, exigua temporis ſui parte impenſa, per paucorum annorum decurſum, linguam

Hebraicam adeo familiarem sibi reddere poterunt, vt quid ad iustam Bibliorum interpretationem vlterius desiderent, in fine huius studii vix sint reperturi.

Caeterum monendi sunt lectores, me in hoc opere exarando versionem Alexandrinam hausisse ex editione Breitingeriana, versiones vero reliquas prolatas esse e Polyglottis Londinensibus, textum denique hebraeum depromtum esse ex editione Hooghtiana, quae prodiit in forma quarta Lipsiae a. 1740.

HOSEAE VATICINIORVM

SECTIO PRIMA.

Cap. I.

v. 1. דבר יהוה וגו׳) Oracula Jouae quae contigerunt Hoseae etc. His verbis vtuntur prophetae, vbi *immediatas*, quas in ſcholis dicimus, dei reuelationes deſcribunt.

v. 2. תחלת דבר) O. αρχη του λογου: vt Marc. I, 1. — Infinitiuus nominaſcens. — Perperam aliqui ex his verbis concludere conati ſunt, Hoſeam eſſe *primum* omnium prophetarum.

בהושע) O. προς Ωσηε rectius quam Vatic. εν. Nam Arabs: *ad* Hoſeam habet, qui ſequitur in prophetis minoribus τους O, adeo vt lectio των O emendari ſaepiſſime poſſit ex verſione arabica.

לך) age!

אשת זנונים) *Eine zu Falle gekommene.* Diſtinguenda eſt זונה a *proſtibulo*, quod חללה Hebraei vocant. v. Leuit. XXI, 7. 14 Errat itaque Grotius, qui proſtibulum duxiſſe putat prophetam, inepteque addit: "Deus honeſta facit iubendo inhoneſta.„ Interim paradoxon erat, qualia plura apud prophetas v. c. Eſ. XX. Jerem. XXVIII. Ezech. IV. et XII. quae noſtris moribus conſuetudinibusque aptare velle nefas eſſet. Caeterum non ſine veri ſpecie alii interpretes זונה idololatram i. e. foeminam ethnicam ſ. barbaram eſſe ſtatuerunt: cum notiſſimum ſit, זנה dici aeque de *idolola-*

tria ac de *venere illicita;* cumque ipſe adeo propheta emblematis explicationem ad idololatriam perfidiamque ciuium ſuorum dirigat.

וילדי) VVLG. et fac tibi filios fornicationum. Verba: "*fac tibi*„ gloſſa eſſe videntur et e margine quondam irrepſiſſe. JONATHAN non verba ſed ſenſum exprimere conatus eſt, ſed ſatis infeliciter.

כי זנה וג׳) Explicatur actio iſta ſymbolica. — Idololatria vere erat deſertio Dei, tamquam mariti legitimi v. Num. XXV, 1. 1 Cor. X, 8.

הארץ)) Intellige decem tribus.

v. 3. ויקח) SYRVS: ויקח לו.

דבלים) Interpretes omnes cum lectione noſtra concordant, ſolus ARABS: *et ſumſit Gamaram ex Bethlehem.* Non dubito quin aut interpolata ſit h. l. verſio arabica, aut codice των O corrupto auctor eius vſus ſit: Forſan librarii quidam Δεβηλαειμ in Βηθλεεμ mutarunt.

ותהר ותלד) O. *συνελαβε και ετεκεν* Luc. I, 30. coll. Exod. II, 2.

v. 4. יזרעאל) Vti mater ipſam ciuitatem Judaicam repraeſentabat, ita nominibus liberorum poenae earumque cauſae ſignificantur. Eſt vero hoc nomen a זרע ſparſit, quare Jonathan *diſperſos* habet.

עוד מעט). *ετι μικρον* Ioh. XVI, 16.

פקדתי) פקד eſt *inuiſere*, *rationem habere*, *curare*. Addito nomine delicti notat *punire*, (על פלני) aliquem, את פלני ob aliquam rem) vt *επισκεπτεσθαι* apud Helleniſtas. O. h. l. *εκδικησω puniam.* Et דם ſunt *homicidia* et generatim *facinora quaeuis* violentiae in alios vt Eſ. I, 15. Denique יזרעאל eſt vrbs, in qua reſidebat impia Iſabel cuius facinora vlturus erat Deus in poſteris eius.

יהוא) O. male *ιουδα*. — vid. 1 Reg. XV, 12.

והשבתי) ו *posteaque.* Nempe quinquaginta annis post deletam familiam istam regiam cf. 2 Reg. XV, 29. O. κατάπαυσω, *destruam:* vbi ARABS paululum deflectit ab Alexandrinis, vertens, *auertam regnum a domo Israelis* —pro: βασιλειαν οικου Ισραηλ. Caeterum notent tirones ישראל addito בית notare X tribus istas, quae inde a Rehabeami aetate singulare regnum constituebant quod distinguitur a בית יהודה.

v. 5. והיה ביום ההוא) *tum.* VVLG. et SYR. leg. ביום ההוא sine והיה.

ושברתי) ו solus JONATHAN tuetur. Reliqui id non legisse videntur. — *Frangere arcum* i. q. infringere vires roburque nationis. Nam *arcus* ponitur pro armatura, haecque pro robore 1 Sam. II, 4.

בעמק) Forte strages earum maxima, quam passi sunt Israelitae ab Assyriis, accidit iuxta istam vrbem. Sed tacet historia. Hinc alii ב, *propter*, interpretantur.

v. 6. רחמה) *Zaertlich geliebte:* ex etymo vocis et arab. רחם.

אוסיף) *porro.*

ארחם) omnem affectum paternum supprimam: κρισις ανιλεος. Iac. II, 13.

כי נשא אשא) כי post negationem fit aduersatiua particula: hinc O. recte αλλ η αντιτασσομενος αντιταξομαι αυτοις: *aciem instruam aduersus eos*: sensus est: *perdam.* Sic et AR. intellexit, qui *perdens perdam* reddidit. Eodem modo hoc verbum in N. T. explicandum est v. c. Iac. IV, 6. υπερηφανοις αντιτασσεται i. e. *elatos dejicit, perdit.* Et ipsum hebr. נשא est, *e medio tollere.* VVLG. *obliuiscar:* ac si esset נשה.

v. 7. ואת־בית) AR. vt O. τους δε υιους. Recte quidem ו verterunt: at loco בית in codice suo בני habuisse videntur.

ביהוה) O. εν κυϱιω — *per.* Poſitum vero eſt nomen pro pronomine. Per Jouam i. q. *per me*: quod ſequentia docent. Nam Deus promittit, ſe ſua vi et prouidentia Iudaeis opitulaturum, nec vero humanis praeſidiis vſurum eſſe.

ובחרב) Poſt hanc vocem ARABS habet, *neque curribus*: Et ignotus interpres apud MONTEFALCONIVM: ουδε αϱμασιν. Ego vero ſic iudico. Arabs in his libris preſſo pede ſequitur τους O. Ergo ipſa iſta lectio Hexaplaris pertinet ad verſionem Alexandrinam; adeo vt Alexandrini vere legerint ובמרכב poſt ובחרב. Neque vllus dubito, hanc lectionem eſſe genuinam, quia mirum ſane eſſet, in hac ſedula armaturae recenſione, prophetam *curruum* mentionem non feciſſe.

v. 8. ותהר) SYR. et O. cum AR. legunt עוד poſt ותהר — και συνελαβεν ετι.

v. 9. ויאמר) SYRVS: et dixit *mihi dominus.*

עמי) עם cum pronomine poſſeſſiuo, ſi de priuato dicitur, notat *ciues*, *Landsleute*, *Mitbürger*, ſi de rege, *ſubditos.* Hinc nos λαος Χϱιςου.

לכם) Subintellige אלהים.

II, 1. והיה) ו in והיה et ו in altero והיה conſtituunt antecedens et conſequens. Senſus: *Poſtquam* in exilio iſto diu ſatis vixerint, adeo vt largam ibi ſobolem ſparſerint, *tum* eos reducam in patriam etc. Caeterum SYR. pro והיה legit ולא היה.

יאמר להם) O. εκει κληθησονται αυτοι υιοι θεου ζωντος. Sic ARABS, ſed ſine εκει quod et a cod. Vatic. abeſt: vbi etiam pro αυτοι habetur, και αυτοι, ac ſi eſſet גם הם vel גם להם. Illud במקום refer ad Palaeſtinam. In eadem illa terra, in qua mox vocandi erant *ſubditi reiectanei*, olim vocabantur *ſubditi deo cari.* — Paullus *accommodat* locum noſtrum admiſſioni

gentium ad ſacra Chriſtianorum: Rom. IX, 26. nec minus Petrus eo alludit 1 Petr. II, 20. Certe in hoc noſtro loco ſermo manifeſte eſt de ſola reductione Judaeorum e captiuitate, quae contigit praecipue regno *Judae*, ſed ex parte etiam haud exiguo *Iſraeliticorum* ciuium numero: vt ex Eſrae libro apparet.

בני אל־חי) Deus *viuens* eſt Deus *verus*, quatenus opponitur *mortuis* Deaſtris. Et filii Dei ſunt homines, bonorum participes paternorum i. e. terrae ſanctae. Sic et Chriſtiani hoc ſenſu υιοι θεου dicuntur i. e. κληρονομοι, participes bonorum ſpiritualium huius et futurae vitae.

v. 2. ונקבצו) ו nempe. Oſtendere vult, iſtam reſtitutionem Iſraelitis communem fore cum Judaeis: inde יחדו, *επι το αυτο, gemeinſchaftlich.*

ושמו) O. θησονται. Nam τιθημι *pono*, dicitur pro *facere*, *conſtituere*, *creare*, etiam apud Profanos v. c. EVRIP. in Hecuba aliquoties et centies in N. T. v. c. Act. XIII, 47. τεθεικα σε φως εθνων *conſtitui te doctorem nationum.* Sic Eſ. XIV, 22. per ראש, intellige *ducem*, *principem*, h. l. Serubabelem: et quidem אחד, *gemeinſchaftliches Oberhaupt.* Nam Judaei et Iſraelitae ex captiuitate reduces vnam rempublicam conſtituebant.

הארץ) terra exilii.

יום) tempus. Vſurpatur tam de *Epocha* quauis inſigniori (גדול) quam de ipſis *fatis* quae homini certo tempore contingunt: quo fit vt *mala* ſaepe et *calamitates* hac voce ſignificentur.

יזרעאל) ſunt Iſraelitae cum alluſione ad ſtatum inſtantem, in quo *diſperſi Dei* vocandi erant.

v. 3. לאחיכם) O. leg. לאחכם, τω αδελφω et ſic poſtea τη αδελφη. VVLG. *fratribus veſtris*, ſed poſt: *ſorori veſtrae.* Pluralis manifeſte requiritur. Intellige

posteros Judaeorum tum viuentium, quibus futura erat ista liberatio. Nam אחים et אחות sunt *gentiles, conciues, populares.* Et אמר de re laeta dictum valet *gratulari.* "Dicite — populę mi„ i. q. gratulamini ipsis de summa ista felicitate quam consecuturi sunt, restituta ipsis terra sancta.

v. 4. ריבו) c. את — עם — *zanken, processiren*, sed cum ב est *increpare*, ονειδιζειν Es. XXVII, 8. O. h. l. κριθητε. Sic κρινω *reprehendo* Rom. III, 4. Et אם, mater, notat praesentem nationem Judaicam. Es. L, 1. Sensus: gratulamini posteris vestris, sed (matrem) Judaeos nunc viuentes reprehendite.

כי) nam indigna est, quae coniugis meae nomine insigniatur.

ותסר) redde *donec.* Non agnoscam eam donec ad meliorem frugem redeat. Sed το ו SYRVS et VVLG. non habent. O. vero leg. ואסר. και εξαιρω.

זנוניה) זנונים est plurale tantum. Hinc O. πορνειαν: i. e. idolatriam, quae etiam in altero membro per μοιχειαν exprimitur.

מבין שדיה) *ab inter mammas.* Indicantur lasciui amplexus.

v. 5. אפשיטנה) פשט *exuere, nudum ejicere.* O. εκδυσω αυτην γυμνην — vestibus spoliatam. Sensus: extrema ignominia afficiam. Nam summa inter Orientales ignominia erat, nudam ejici a marito. Particulam פן O. reddunt οπως αν *quo fiet vt* exuam etc. pro ινα μη — sensu quidem nil mutato.

והצגתיה) ו neue. יצג sistere, exponere conspectui omnium: O. αποκαταστησω.

כיום הולדה) circumscriptio vocis ערמה nuditas.

כמדבר) מדבר pr. non est *solitudo*, sed quiuis locus, in quo nec domus, nec incolae sunt. Dicitur de syluis nemoribusque in quae pecus agebatur a דבר *agere* pecus. Sic ερημος in N. T. sunt loca campestria, syluaeque.

צִיָּה) O. ανυδϱον. Sic Horatius dicit Apuliam *ſiticuloſam*. Apud Orientales crebra erant talia loca, in quibus aquae viuae non reperiebantur, adeo vt in ciſternis ſeruanda eſſet aquae copia: vbi, deficiente pluvia, cuius ope ciſternas replebant, hominibus beſtiisque ſaepe miſere pereundum erat. Hinc prophetae toties miſeriam ſummam per hunc defectum, ſummamque contra refectionem per aquarum viuarum copiam depingunt. VVLG. "velut terram *inuiam*„ quia per eiusmodi terras ſiticuloſas peregrinantes aegre iter faciebant.

v. 6. וְאֶת) Neue etiam poſteros eorum iisdem malis ſubjiciam. Nam progreditur oratio a תסר v. 4. in ſerie continua. Donec ad frugem redeat — ne exuam — deſtruam — neue poſteros etiam fauore meo deſtituam tanquam liberos ſpurios, quorum educatio parenti curae cordique non eſſe ſolet — ſic intelligis זְנוּנִים.

v. 7. כִּי) Addit cauſam cur filios et nepotes Judaeorum, tum viuentium בְּנֵי זְנוּנִים *ſpurios* dixerit.

הוֹרָתָם) i. q. אִמָּם. O. η τεκουσα αυτα. Non aliter legiſſe ſtatuendi ſunt: etſi Cantic. 3. 4. η συλλαβουσα habeatur. Nam ſenſum exprimere voluerunt. Et reliqui etiam interpretes id faciunt verbo הרה. Nam SYRVS et h. l. et dicto Cantici, *genetrix* (יולדה) habet aeque ac VVLGATVS. Caeterum הוֹבִישָׁה reciproce intelligendum vt το "κατησχυνεν„ των O. — הוביש *ſich ſchänden, entehren.*

אָמְרָה) ſupple בְּלִבָּהּ.

אֵלְכָה) ילך ſeq. אחרי eſt *ſequi*, *deditum eſſe*, *adhaerere*. O. eleganter ακολουθησω; ſed eſt falſa lectio, orta e gloſſa. Veram lectionem habet editio Romana: πορευσομαι οπισω, quam et ARABS tuetur. Quare et in N. T. πορευ. οπισω τινος et εν τινι eſt *deditum eſſe*, aeque ac ακολουθειν.

מאהבי) *Amasii* sunt *Deastri* a quibus idololatrae exspectabant bona quaeuis. Inde quo beatior gens, eo maior veneratio deorum suorum inter se et apud exteros. Deastri vero dicuntur אהבים amasii Judaeorum, quasi *Gottes Rivals*. Hinc et Deo tribuitur קנא *Eifersucht*. Ex. XX, 5.

לחמי) לחם *cibum* vniuerse denotat vt מים *potum:* Hinc *Ion.* מיכלי ומשתי cibum et potum meum. צמר est proprie *lana* ea, ex qua vestimenta conficiebantur, hinc O. ἱματια: Syr. נחתי *vestimenta mea.* פשתי *linum* meum h. e. vestimenta lintea, *Wäsche.* Eodem sensu O. ὀθονια quod Arabs male per *fascias* interpretatus est. שמני *vnguenta* sunt, quibus post lotionem vtebantur — *zum parfümiren.* O. ἐλαιον quod Ar. recte, *vnguentum*, vertit. שקויי, si etymologiam sectari velimus essent, *Erfrischungen.* Sed veteres *necessaria.* Posito nomine generis pro nomine formae. O. και παντα οσα καθηκει μοι. Sic et Exod. XVI, 16. 18. 21. אכלו τα καθηκοντα reddunt. Ar. et Syr. *et omnia quae* (vterque voc. בעי vtitur) *necessaria mihi sunt.* Non multum abest, quin mihi persuadeam olim וכל שקויי lectum fuisse. Nam et Ion. כל פרנוסי *omnes necessitates*, habet.

v. 8. שך) שוך, φρασσειν, *sepire.* Continet hic versus tropicam descriptionem incarcerationis in captiuitate Babylonica. Sensus: includam te, vt, quo te vertas et vnde auxilium petas, nescias.

דרכך) O. αυτης. leg. דרכה. Et sequentia docent hanc esse lectionem genuinam. Consentit etiam Syrvs.

בסירים) σκολοψι — Haec vox trop. de hominibus exosis dicitur. Sic 2 Cor. XII, 7. de homine exoso qui Paulli flagellum erat. Inest h. l. allusio ad hostes Judaeorum qui eos in carcerem erant coniecturi.

את גדרה) Seb. Schmidivs: maceriem eius. Male. Est casus sextus. Sensus: cingam viam eius macerie. Sic Vvlg. *et sepiam eum maceria.* Nec aliter Ion. intellexit. Syrvs vt O. ανοικοδομησω τας οδους αυτης. Non credo eos aliter legisse. Nam גדר etiam alibi ανοικοδομειν (*verbauen*) reddunt v. c. Thren. III, 9.

נתיבותיה) Arab. נתב eminuit — *Fussteg.*

v. 9. ורדפה) ו et *etiamsi* — רדף i. q. הלך אחרי. O. καταδιωξεται, insectabitur. Syr. *ibit post* amasios suos. Sed Arabs: *venabor*, in prima persona. Auctor versionis aut καταδιωξομαι legisse existimandus est, aut mendum in versione arabica statuendum, adeo vt tertia persona futuri rescribenda sit.

ולא תשיג) השיג *prehendere, assequi.* O. ου μη καταλαβη. Destituetur ope Deastrorum, cum quorum cultoribus amicitiam inierant.

ולא תמצא) Syrvs et Ar. vt O. και ου μη ευρη αυτους: leg. תמצאם cum suffixo.

אלכה ואשובה) Sic fere Luc. XV, 17. ειπε — αναστας πορευσομαι προς τον πατερα μου: vbi αναστας eodem modo redundat quo אלכה. Syrvs: "reuertar, abibo mihi„ ac si esset אשובה אלכה, sine copula vbi הלך saepe studium autite rationem significat.

כי טוב לי) טוב de *felicitate* dicitur. Beatior eram (מ enim comparatiuum facit) isto tempore.

v. 10. והיא) ו *verum* vt Syrvs vertit: et foemininum ad ecclesiam Judaicam referendum. Hactenus certe ista non animaduertere voluit (לא ידעה) me esse eum, qui tot beneficiis ipsam ornauerit.

עשו) Supple אשר. Magnam argenti et auri copiam dedi *quam* impendunt Deastris. Nam עשות c. ל est *impendere* rei alicui. Syrvs videtur באל legisse sine ל, reddit enim, *ex quo fecerunt Baalem* i. e. ex quo

ſibi idola conflarunt. Sic JONATHAN. Sed O. *και αργυριον επληθυνα αυτη· αυτη δε αργυρα και χρυσα* (Sc. *σκευη*) *εποιησε τη Βααλ*. Sic ARABS. Ego vero ſuſpicor verba: *αυτη δε αργυρα* eſſe interpolata.

v. 11. אשוב לקחתי) אשוב *rurſus* et לקח ſaepe eripere, auferre, vt et *λαμβανειν* in N. T.

בעתו) i. q. poſtea במעדו *εν καιρω* iuſto tempore — gerade wenn ſie erndten wollen, will ich's ihnen vor dem Munde wegnehmen. Sic fere ION. ſenſum expreſſit.

והצלתי) liberabo. SYRVS bene, אסב *iterum eripiam*. O. *αφελουμαι τα ιματια μου και οθονια μου* cf. v. 7.

לכסות) Supplent interpretes אשר נתתי *quae dederam* ad tegendam nuditatem. Et expreſſerunt hoc ION. et SYRVS. Neque aliter VVLG. intellexiſſe videtur. Verum O. cum ſuo ſequace, *του μη καλυπτειν την ασχημοσυνην αυτης*. Legerunt מכסות: quod nos cum cel. Dathio praeferimus.

v. 12. נבלתה) *απ. λεγ.* — O. *ακαθαρσιαν*. VVLG. ſtultitiam. a נבל. ION. et SYR. eodem vocabulo reddunt quo antea *το* ערותה reddiderunt. Atque orationis nexus hanc notionem deſiderat. Nuditatis vero, vt ſupra dictum, ſumma in Oriente ignominia. Hinc toties admonemur, *tegere nudos*. Eſ. LVIII, 7. Itaque reuelare pudenda h. l. i. q. ſummae ignominiae palam exponere, in ſummum contemtum adducere.

ואיש לא) *nemo*. O. *ουδεις*. Senſu bono etiam phraſis occurrit Io. X, 28.

v. 13, והשבתי) *finem faciam*. Senſus: nullum eis otium dabitur a laboribus cf. Ier. VII, 34. XVI, 9. XXV, 10.

משושה) subintell. יום. *Freudentage — Erndtefest, Laubhütten* etc.

חרשה) SYRVS et O. וחרשה. Contra ION. et VVLG. non modo hic sed etiam in ושבתה copulam non legerunt.

מועדה) Est vocabulum generis, cuiusuis generis *conuentum* denotans, a יעד *condixit*. O. τας πανεγυρεις αυτης Hebr. XII, 23.

v. 13. אתנה) *merces*. Putant, Deastros in cultus sibi exhibiti remunerationem ista bona eis largitos esse. O. μισθωματα μου (לי) ταυτα εςιν. SYR. munera sunt, quae dederunt mihi amasii mei. VVLG. vt O. mercedes hae meae sunt.

ושמתים ליער) ו *verum*. שום vt τιθημι, *facio, conuerto*. O. θησω εις μαρτυριον. Leg. לעד. At nostra lectio praeferenda ob contextum: et quia reliquae versiones eam tuentur.

חית) O. θηρια του αγρου (*ferae*) ﺍﻟﺒﺮ και τα πετεινα του ουρανου και τα ερπετα της γης „. Verba posteriora aliunde, forsan e. v. 20. interpolata esse, quis est, quin videat. Interim arabicae versionis autor ea expressit, adeo vt satis antiqua sit interpolatio.

v. 14. הבעלים) *simulacra* Baalis i. e. solis. Et ימי indicat *tempus* quo coluerunt. Sunt 251 anni.

תקטיר) species pro genere. O. επεθυεν immolavit. Sed ARABS, *suffitum fecit*. Suspicor eum legisse εθυμιασεν, et επεθυεν esse versionem alius interpretis. Nec obstat coniecturae meae, quod 1 Reg. XII, 33. et XIII, 1. 2. Arabs eodem modo ab Alexandrinis discesserit. In his enim libris eos secutum esse illum mihi certe non persuasum est.

ותעד) ו i. q. ואשר, cum respectu ad ימי, *et quo tempore* — עדה κοσμειν Es, LXI, 10. O. h. l. περιεθετο. — נזמה sunt ενωτια, *ornatus aurium* et חליתה,

Halsschmuk: O. καθορμια, Σ. περιτραχηλια. Clericus de annulis narium: sed isti annuli alio verbo exprimi solent.

שכחה) שכח est *negligere*, *nolle curare*. Dicitur sic de Deo et hominibus.

נאם) est vocabulum proprium de *oraculis* diuinis. Nam נאם (ar. نغم) est submisse loqui. Et dii credebantur in aurem susurrare vbi oracula ederent.

v. 16. מפתיה) פתה est allicere persuasionibus et blanditiis, Ier. XX, 7. Est Ironia. Sensus: Blandimenta, quibus hanc perfidam allicere, et ad sanam mentem reuocare studebo, erunt in eo, vt — calamitatibus eam coerceam. Ex quo intelligis לכן natiuam notionem et hic retinere: quod Dathius non vidit. "*Propterea* id agam, vt, quod alias blandimentis efficere student amasii, malis immissis ego perficiam etc.„

והולכתיה) *ducam in regiones incultas*. Intellige loca exsilii. O. sensum magis quam verba expresserunt, ταξω αυτην ως ερημον ac si esset ושמתיה כמדבר vt v. 5.

ודברתי על לבה) Das sollen die Caressen seyn, dadurch ich sie an mich zu ziehen suchen werde. Nam דבר על לב est *blandiri*.

v. 17. ונתתי) ו *et postea*.

כרמיה) *vineas eius* — hactenus ereptas. Sed Vulg. et Ion. כֹּרְמֶיהָ *vinitores* et posterior, *gubernatores*. O. κτηματα posito nomine generis pro nomine formae.

משם) שם saepe exprimit relationem ad ante dicta. Iam sermo erat de calamitatibus, Judaeis immittendis, atque exsilio, in quo coercendi erant. Itaque משם *exinde*, nihil aliud innuit, quam *ex istis ipsis malis* natum iri Judaeis statum florentiorem.

ואת עמק עכר) Repete נתתי משם. Dabo exinde vallem Achor h. e. faciam, vt e loco exſilii et miſeriae fiat effectiue talis, qualis erat vallis Achor, vbi placatum poenis ſuis experti ſunt Iouam. Et iure ſuo propheta locum exſilii vocat *vallem Achor*. Nam ibi Achan lapidatus eſt; Ioſ. VII, 24. ſeqq. quo ſupplicio expiabat populus ſua infortunia, adeo vt poſtea victoriae locus redderetur, Sic in captiuitate Babylonica poenas dabant eas, quibus immiſſis Deus rurſus propitius eſſe ſuis decreuerat. Syrus legit את ſine ו.

לפתח תקוה) dabo vallem Achor *in ianuam ſpei* i. e. faciam, vt in iſto loco accipiant proſpectum in tempora florentiora. Σ *εις θυραν ελπιδος*. Sic פתח, *θυρα*, eſt trop. *explicatio*, *intelligentia*, *Ausſicht*, *Einſicht*. Vnde O. *διανοιξαι συνεσιν αυτης* ac ſi eſſet תקתיה. Sic Pſ. CXIX, 130. *ianua* verborum ab O. *δηλωσις* et a Vulg. *declaratio* redditur. Sic Clemens Alex. Strom. L. VI. *ουδε γαρ ρασον αρρητων επεων πυλας εξευρειν*, nam non facile eſt peregrinarum vocum *portas* i. e. explicationes reperire.

ענתה) ענות eſt mutuo canere, canere per antiphonas. Eſ. XIII, 22. Mos erat, vbi ſponſus ſponſam domum duceret, vt iuuenes vtriusque ſexus in via cantiunculas mutuo canerent. Senſus: nouum amorem gens mea carminibus celebrabit, memor priſtinae coniunctionis, quae fiebat tum, cum ex Aegypto ducerem Iſraëlitas. Nam iſtam Epocham prophetae *iuuentutem* gentis appellare ſolent vid. Hoſ. XI, 1. Syr. vt O. inepte: *ταπεινωθησεται* ac ſi eſſet וְעֻנְּתָה: ſic et Σ. *κακωθησεται*.

v. 18. בעלי) בעל quidem etiam *maritum* notat. Sed non audebunt, ait, vti eo nomine, quia exoſum erit. A. *ο εχων με*. O. *Βααλειμ*. Puto *μ* eſſe delendum.

v. 19. יזכר) in memoriam reuocabuntur. Vulg. legit יִזָּכֵר. Et Ar. etiam in ſuo Codice *των* O. ha-

buisse videtur μνησϑῃ: quamquam in hodiernis editionibus sit μνησϑωσιν, יִזָּכְרוּ. Ion. יִדְּכַר. Solus Syr. יִזָּכֵר.

v. 20. וכרתי) Cur foedera pangere, inire, hebraeis sit, foedera *secare*, notissimum est: nempe quia foedera *dissecando victimas* fiebant: vnde et Homerus ορκια τεμνειν. — להם *ipsorum commodo*. — Sed foedus pangere trop. valet *amicitiam et pacem restituere*. Foedus cum bestiis facere est: *domare bestias* atque efficere, vt hominibus non noceant. Hoc Deus h. l. promittit quia ferae in plerisque patriae regionibus, durante exsilio, nimis auctae fuerant, adeo vt redeuntibus Judaeis periculosae fierent.

אשבור) *frangam*. Hebraei saepe verbum iungunt plurimis nominibus etsi non singulis aptum. Itaque generatim vertendum *remouebo* vt postulat מן. Syrvs egregie: *abrogabo*. Sic et Ionathan.

והשכבתים) faciam, vt secure viuant et ab omni perturbatione alieni. O. κατοικιω αυτους επ ελπιδι. Haec vera lectio est, etsi olim in quibusdam editionibus fuerit κατοικιωσε, quam ed. Rom. et Arabs tuentur.

v. 21. וארשתיך) occurrit verbum, tantum in Piel. *Desponsare, thori sociam facere*, ab ערש *lectus*, permutatis gutturalibus. Iam exponit scriptor noua vincula amoris a parte Dei — צרק liberalitas, משפט, aequitas, חסר pietas, amor, רחמים affectus animi coniunctissimi, *Zärtlichkeit*, אמונה, fides coniugalis, πιςις.

v. 22. וירעת) ירע *anerkennen*: agnoscere pro marito atque vt talem tractare: diciturque adeo de concubitu: h. l. deum pro deo suo habere eumque ita colere et venerari: ita et γινωσκειν ϑεον in N. T. — Vvlg. et scies, quia ego dominus: ac si esset וירעת כי אני יהוה.

v. 23. אענה) ענות germ. *entſprechen.* Omnia, ait, ſibi reſpondebunt, numen dei et vires naturae, adeo vt quidquid pertineat ad procreandam Judaeis felicitatem et vbertatem, veluti vnitis viribus agat. Prius אענה non modo a verſionibus Syr. O. et Ar. abeſt, ſed in quibusdam etiam codd. MSc. non reperitur.

v. 25. וזרעתיה) ſpargam i. e. late diffundam.

SECTIO SECVNDA.

Cap. III.

v. 1. אהב) Verecunde dicitur *amare.* Exprimitur ſtudium, quo quis foeminae cuiusdam amorem ſibi conciliare ſuique thori participem facere inſtituit. Mihi videtur propheta aliam vxorem priori iungere iuberi. Si enim, quod alii volunt, prioris coniugis, poſt factam deſertionem, receptio innueretur, eſſe deberet אישך vel האישה: ſed eſt אישה *eine* Frau — et עוד nimm dir *noch eine* Frau. Polygamia vero inter Orientales nec inhoneſta, nec illicita.

אהבת רע) amata ſocii i. e. a ſocio, ab amico quodam. Talis Genitiuus Eſ. LIII, 4. Intellige talem quae iam alii animum addixerat. O. αγαπωσαν πονηρα ac ſi eſſet רע *flagitium.* Sic et SYRVS: ama mulierem adulteram, amantem flagitia.

ומנאפת) non premenda eſt vocis ſignificatio. Notat vniuerſim *perſidam* i. e. quae fidem datam violauit, primumque amaſium deſeruit.

כאהבת) כ circumſcribendum. Fac hoc, ait; eo fine, vt depingatur caſtus amor Dei aduerſus Judaeos, eorumque perfidia et leuitas aduerſus Deum.

והם פנים) ו inuoluit כ ſuperius. Et פנה c. אל notat *animaduertere*, ſtudium et operam collocare, animum dicare.

אהבי) אהב vt αγαπαν in N. T. deditum esse, *sich gern mit etwas abgeben.*

אשישי ענבים) lagenae (vino repletae) vuis coronatae, quas Baccho offerebant, indicaturi, se ipsi sua vina debere. Sed אשיש olim etiam de *placentis* dictum esse videtur cf. versionem chald. ad Ex. XVI, 31. et hinc O. πεμματα μετα σαφιδος *Rosinkuchen:* nam σαφιδες sunt *vuae passae.* Sic Syrvs. Sed A. παλαια Σ. ακαρπους leg. ישישי: nam ישיש *decrepitum* notat.

v. 2. ואכרה) Vvlg. et fodi eam mihi; nam כרה est etiam *fodere* sed h. l. *emere*, dato pretio sibi comparare. Peruersa consuetudo vsque eo peruenisse videtur, vt alter alteri sponsam vel coniugem pro certo pretio traderet, si earum consortii aut matrimonii pertaeduerit.

וחמר שערים ולתך) O. γομος, continet decem Ephas. Eandem mensuram indicare videtur *Korus*, quod Syrvs et Vvlg. habet: vbi tamen notandum Syrvm prius שערים non legisse: reddit, *Korum et Lethech tritici.* Scilicet לתך quod hac vnica vice occurrit: secundum Talmudistas est dimidium Gomeri s. Kori, continens XV Seas seu V Ephas. Ergo tritici summa h. l. facit XV Ephas, XV siclis aequipollentes. O. και γεβελ οινου ac si pro ולתך שערים esset ונבל יין vt Ier. XIII, 12. Sic Θ et Σ. Sed Barberinus: ο Εβραιος, ομορ σεωριμ ουλεθχ σεωριμ.

v. 3. תשבי) ישב esse, versari, h. l. *sich inne halten.* O. pro לי videntur legisse אלי, nam vertunt επ εμοι vt postea אליך επι σοι.

לא תזני) etiam זנות non premendum. Potest vniuerse dici de *amoribus* alienis. *Caressire nicht*, germ. diceres. Et sequens, *esse viro*, h. l. valet: *sich an einen andern hängen.* O. μη γενη ανδρι ετερω. Sed ετερω glossam redolet, quamuis Arabs sic legerit.

אליך suppl. אהיה vel אשב *ero*: "talis etiam aduersus te ero.„ VVLG. sicut et ego exspectabo te. *Exspectabo* glossam esse suspicor, ortam e prioribus verbis: "dies multos exspectabis me.„

v. 4. ישבו — אין מלך) *erunt* — sine summo imperante. Nam מלך vocatur quilibet princeps, *Landesherr*, etsi exiguae regioni imperet: et שרים sunt ministri (*Dienerschaft*) cum ciuiles tum militares — gr. αρχοντες.

מצבה) pr. στυλη — deinde de quauis *ara* dictum esse videtur. Certe Versiones omnes h. l. *altare* habent.

אפוד) erat insigne sacerdotis, vnde O. ιερατειας. SYR. sine *induente* Ephod.

ותרפים VVLG. ואין תרפים. Sed quid תרפים? Radix תרף valet ap. Ar. Chald. et Syros *oracula proferre*, respondere percontantibus. Inde O. δηλων. Nempe δηλα apud LXX notat Vrim et Thummim, per quod responsa accipere credebatur sacerdos. Hinc Zach. X, 2. αποφθεγγομενοι et h. l. Θ. επιλυομενου et Σ. επιλυσεως: vnde intelligis επιλυσιν ιδιαν 2 Petr. I, 20. negari nullo alio sensu, quam quatenus prophetae non sua, sed dei oracula effati sint. — Verum תרפים dicti porro sunt *sacerdotes*, per quos responsa dii dare credebantur; vnde SYRVS h. l. *qui thura accendunt*. — Denique de diis ipsis eorumque *imaginibus* vsurpatum esse constat ex Genes. XXXI, 19. Et haec videtur esse notio antiquissima quam A. h. l. expressit per, μορφωματον.

v. 5. בקשו) בקש ζητειν τον θεον de piis dictum valet, vitam deo probare studere, de impiis vero, reconciliari deo studere.

דויד) ei, qui est alter David i. e. Messiae. Prophetae frequentissime tempus, quo Judaei rediere e

captiuitate, cum temporibus Messiae coniungunt, tamquam res ad eandem Epocham, nempe ad veteris testamenti vltimam pertinentes. Adeoque vehementer errant interpretes isti, qui locum aliquem de Messia agere non posse clamant, quia agit de Judaeorum in patriam suam restitutione. IONATHAN more suo: et obedient Messiae, filio Dauidis, regi suo: O. *τον θεον κυριον αυτων και Δαβιδ* — Rectius in Vatic. *τον κυριον θεον αυτων* sed ARABS *θεον αυτων* non habet. Suspicor excidisse الههم.

פחדו) פחד אל פני est summa reuerentia aliquem prosequi vid. Mich. VII, 13. Hinc SYR. ירען et sic fere AR. *εκστησονται*, quo O. h. l. vtuntur, intellexisse videtur. Et vniuersim notandum, verba timendi, trepidandi, exprimere apud Hebraeos et Hellenistas, reuerentiam et cultum pium castumque, vt et nomina *φοβος και τρομος*; quibus animi leuitas, fastus, audacia, opponuntur.

טובו) טוב est *salus*, *felicitas*, vt *το αγαθον*. Hoc loco ea salus, quam Deus nobis per Christum largitus est.

אחרית הימים) vbique notat finem veteris aeui s. vltimam veteris Testamenti Epocham — quae omnino desinebat in euersione Judaeae per Vespasianum.

SECTIO TERTIA.

Cap. IV.

v. 1. בני) Pertinet oratio ad vniuersas Israëlitas, quod docet *το* בני. Nam alias esset בית.

ריב) Litem cum hominibus habere, de Deo dictum, i. q. *ελεγχειν*. Sensus: nam habet Deus, de quo queratur, poenasque Israelitis nunciet.

אמת) αληθεια, *Rechtschaffenheit* — et דעת, επιγνωσις θεου, cultus dei et pietas in deum. Hinc rectissime Ion. ולית דמהלכין ברחלתאריי בארעא.

v. 2. פרצו) hoc verbum regit, vt opinor, infinitiuos praecedentes. Nam פרץ *disrumpere* pr. de aquis dicitur: h. l. leges diuinas humanasque violare: quod fiebat אלה *peierando*, כחש *fallendo* etc. O. αρα, και ψευδος, και φονος, και κλοπη, και μοιχεια κεχυται επι της γης. Recte infinitiuos per substantiua reddiderunt. Et κεχυται etiam non male positum. Dicitur enim פרץ de inundationibus. Sed verba ε. τ. γ. e superioribus irrepsisse videntur, quamuis et Arabs ea legerit. Eodem modo Vulg. "maledictio — inundaverunt.„ Et Syrus *abundant*.

נגעו) נגע c. ב *pertingere*. Caedes tangunt caedes i. e. vna alteram excipit: frequentissimae sunt. O. Syr. sanguinem sanguini miscent.

v. 3. תאבל) lugebit i. e. tristem aspectum praebebit.

אמלל) אמל deficere viribus, succo et vigore detracto — perire fame sitiue etc. Hinc Vulg. *infirmabitur:* Ion. *peribit:* O. σμικρυνθησεται (imminuetur) συν πασι τοις κατοικουσιν αυτην, συν τοις θηριοις κ. τ. λ. Vides eos legisse בכל יושבי בה, et ב, vt fieri oportebat, per συν interpretatos esse. Sensus: peribunt homines *cum* bestiis. Et ego quidem pluralem יושבי genuinum esse censeo. Sic enim et Syrus legit. Sed an בכל rescribendum et אמלל ad praecedens ארץ referendum sit, nescio. Syrus ב nusquam expressit, neque adeo in חית et עוף, sed vbique ו habet: ועוף — וחית.

בחית) bestiis terrestribus addunt. O. — και συν τοις ερπετοις της γης. Antiquissimam interpolationem etiam Arabs tuetur.

יאספו) אסף est vel colligere, cogere vel contrahere, diciturque de multitudine, *imminuere*, deque viribus *infringere*, *debilitare*. O. εκλειψουσιν.

v. 4. יוכח) i. q. ריב, ελεγχη. Nam יכח est vel poenis vel reprehensionibus ad sanam mentem reducere studere. Sensus: nolite alter alterum etc. nam superuacaneum est. O. μητε ελεγχη μηδεις. Ego μηδεις adiectitium esse suspicor. Arabs non habet.

ועמך) ו *nam*. Et O. ο δε λαος μου. Lectionem עמי praeferrem, nisi sequeretur secunda persona. Neque tamen suffixum ad prophetam refero cum interpretibus, sed ad terram iudaicam (vt v. 5. אמך) ad quam postea dirigitur oratio.

כמריבי כהן) כ quidem saepe in tali nexu orationis redundat vt Es. I, 7. Coran. XVI, 62. verum h. l. comparationem vere inesse censeo. Sacerdotibus se opponere capitale erat. Deut. VI, 12. Itaque tales homines effrenes et pertinacissimi habebantur: adeo vt "*sunt sicut* etc.„ idem sit quod "pertinacissimi sunt ciues tui.„ O. ως αντιλεγομενος ιερευς ac si esset כהן כמריב s. ככהן מריב. Et sic etiam Syrvs et Arabs. Suspicor mendum antiquum esse in O. et rescribendum αντιλεγομενοι ιερευσι: adeo vt vitium ex O. in Syr. et Ar. transierit.

v. 5. כשלת) כשל offendere pede et adeo labi — *ruere* in calamitates vt Prou. XXIV, 18. quo loco male vtuntur aliqui, male intellecto. O. legit כשר.

היום) coniungenda sunt membra. Nam היום et לילה de vtroque subiecto valet. Die aeque, ac nocte infortunia te doctoresque tuos offendent.

ודמיתי אמך) Redolet mendum antiquissimum. Suspicor ad initium versus sequentis olim variasse lectionem, ita vt alii codices נדמו עמי alii דמיתי אמך habuerint; quo factum est, vt vtraque lectio, quarum al-

terutra in margine primum ſcribi ſoleret, in textum irrepſerit. Confirmarunt me in hac ſententia Alexandrini, in quorum verſione manifeſtum ſatis ſit, lectionem olim variaſſe: και αθενησει και προφητης (Ar. et Vatic. ο προφητης) μετα σου. Νυκτι ωμοι ωσα την μητερα σου (ſic Vvlg.) 6. νυκτι ωμοιωθη ο λαος μου ως ουκ εχων γνωσιν κ. λ. Alterum potiſſimum νυκτι (quod quidem Vatic. et Ar. non habet ob recentiores emendationes) vero ſimile facit, alios olim codices לילה דמיתי אמך (ſupponenda eſt continua ſcriptio ſine verſuum diſcriminibus) alios לילה נדמו עמי habuiſſe et vtrumque poſt receptum eſſe in textum. Ego ודמיתי אמך ob ſuffixum ſec. perſonae, pro genuina lectione habeo, et commati ſexto addendum eſſe coniector, deletis verbis נדמו עמי. Accedit quod alias eadem propoſitio eodem verbo דמה expreſſa bis poneretur. Caeterum דמה eſt.

ſilere.

meditari.	ad ſilentium redigi.
comparare.	deſinere agere.
	exſcindi, vt h. l.
	mori.

v. 6. מאסת) O. απωσω. abdicaſti pietatem.

מכהן לי) מ valet *vt non* — *vt deſinas.* O. του μη ιερατευειν μοι. Syrus: remouebo te a *ſacerdotio.* Vvlg. *ne* ſacerdotio fungaris mihi.

ותשכח תורת) *et quoniam* negligis — νομον religionem, inſtituta diuina. Ad ו repetendum כי.

בניך) *ciues tuos.* Etiam hic confirmatur lectio ודמיתי אמך v. 5.

v. 7. כן) — כ — *quo magis* augentur *tanto magis* etc. O. κατα το πληθος αυτων, ουτως ημαρτον μοι. Et αμαρτανειν vt חטא ſaepiſſime et inprimis h. l.

de *defectione a cultu veri Dei* vſurpatur, quae ſignificatio Paullo in ep. ad Hebr. in primis frequens eſt.

כבודם) δοξα h. l. de praerogatiuis Judaeorum dicitur. Glanz, Vorzüge, Ehre des Prieſterthums und des Tempels. Pro אמיר *mutabo* SYRVS legit המירו *mutarunt* hoc ſenſu: cultum veri Dei, in quo ſummam gloriam ponere debuiſſent, cum turpi idololatria permutarunt. Lectio certe praeferenda: ſi codicum autoritate confirmari poſſet: nam aptior eſt τω חטאו.

v. 8. יאכלו) Dirigitur oratio ad clericos, אכל *edere*, notat ſaepe, *ſe nutrire*. Senſus: a peccatis populi reditus exſpectant eaque ideo fieri lubenter vident, *immo auide deſiderant*: nam hoc eſt נשא נפשו אל דבר *ferri deſiderio ad aliquam rem*. Caeterum verſiones omnes leg. נפשם vt et Codices MSc. quos Lilienthalius laudat.

כעם) — כ — כ — vt — ita — Ad exemplum ſacerdotum compoſiti ſunt mores populi.

עליו) refer ad כהן vt poſtea לו; ſed ſuffixum in דרכיו ad עם. Peccata populi puniam in ſacerdotibus. O. εκδικησω επ αυτον. Itaque פקדתי i. q. אשיב ανταποδωσω, *vicem reddam*. Et מעללים ſunt i. q. דרכים *vitae inſtituta*, *mores*.

הזנו) *coëundique pruritus ſobole carebit.* Larga ſoboles Judaeis ſumma laus. Hinc polygamia, vagaque matrimonia. Sed hoc ſtudium, ait Deus, caſſum erit. Itaque voc. זנה h. l. includit ipſa matrimonia, et exprimit quemuis coitum cum contemtu. פרץ rumpere, de excluſione ſobolis dici notum eſt: vid. Gen. XXVIII, 14. O. ου μη κατευθυνουσιν Vatic. κατευθυνωσι: leg. יצלחו a צלח *proſpero ſucceſſu gaudere*. VVLG. et non *ceſſarunt*: leg. פרעו.

לשמר) שמר, ſi non additur nomen obiecti, ſimpliciter eſt *obedire*. Iam deſerere obediendo eſt, *denegare obedientiam*.

v. 11. יקח לב) occupare cor, eſt, *perturbare animum*, facere vt mentis non ſis compos. O. εδεξατο καϱδια (debeat ſcribi καϱδιαν) λαοῦ μου. Nempe עמי ex v. ſeq. huc tranſtulerunt. Sed reſtat vt varietatem lectionis e SYRO et AR. commemoremus, quam inde a commate decimo deprehendimus. ARABS: *quia deſeruerunt dominum,* لاحتفظوا *ita vt inuigilarent fornicationi et ſicerae.* Et excepit cor populi mei vinum. Legit: του φυλαξαι ποϱνειαν και μεθυσμα. και εδεξατο καϱδια λαου μου οινον. Hodierna lectio haec eſt — του φυλαξαι. 11. Ποϱνειαν και οινον και μεθυσμα εδεξατο καϱδια λαου μου. Iam audiamus SYRVM: *et amauerunt fornicationem: et vinum et ſicera occupauit cor eorum.* Non dubito quin lectio olim in codd. hebr. variauerit. Nam ARABS ante oculos habuit talem verſionem graecam quae orta erat e lectione hac

לשמר זנות ותירוש v. 11.
ויין יקח לב עמי

SYRVS וישמר ad initium verſus 11. legiſſe videtur atque vt infinitiuum hiſtoricum verbo finito reddidiſſe. Praeterea legit לבם Et vnus Lilienthalii codex יין ſine ו habet, adeo vt appareat, nouam olim ſententiam aliquos codices verbo יין incepiſſe. Interim certo perſuaſus ſum e tanta varietate, (quae maxima fui ex parte e continua ſcriptione veterum orta eſt) genuinam lectionem ſuperſtitem eſſe in editionibus noſtris.

v. 12. בעצו ישאל) שאל c. ב. *conſulere*, interrogare. O. εν συμβουλαις επηϱωτων, rectius Vatic. εν συμβολοις: leg. בעצים. Συμβολα ſunt *teſſerae*. Innuitur ξυλομαντεια, vt verbis ſequentibus, ϱαβδομαντεια. Caeterum falſam lectionem συμβουλαις ARABS tuetur, ſimulque επηϱωτων αυτον legit.

יגיד) O. leg. ובמקליו יגידו et in baculis ſuis indicauerunt. Inepte.

רוח) vt πνευμα de ſtudiis, animique propenſionibus dicitur, adeo vt etiam in N. T. non ſtatim *concretum quoddam* quaerendum ſit, vbi hoc vocabulo vtuntur ſcriptores graeci. Germ. *Geſinnungen* — *herrſchende Geſinnungen*. Hoc loco: ſtudium idololatriae. — Pro התעה, Ion. Vvlg. Syr. rectiſſime habent התעם. Sed O. נתער.

מתחת) poſt מ, quando *remotionem* indicat, ponitur ſaepe particula, quae ſtatum fere exprimit a quo remotio facta dicitur. Nempe coniuges ſunt תחת ſub viris. Inde υπανδρος Rom. VII, 2. Itaque מתחת denotat remotionem a vinculo coniugali: ita vt, *ſcortari a ſub deo*, idem ſit quod, *idololatria deficere a deo tanquam domino legitimo*. Syrvs: auerſi ſunt a deo, ſenſum expreſſit. O. οτι πνευματι πορνειας επλανηθησαν, και εξεπορνευσαν απο του θεου αυτων Sed Vatic. et Ar. οτι non habent: et poſterior εξεπορνευσαν reddit, *defecerunt*; vbi aut ſenſum expreſſiſſe, aut εξεπορευθησαν legiſſe, ſtatuendus erit.

v. 13. על ראשי) O. επι τας κορυφας — nam ראש ſummam et extremitatem rei cuiusuis denotat.

כי טוב צלה) טוב reſpondet graeco ευ — h. l. quaſi ευσκιος. Senſus: ob vmbrae opportunitatem. O. δενδρου συσκιαζοντος, οτι καλον σκεπη. Puto אלה vertiſſe per circumſcriptionem — δενδρου συσκιαζοντος. Σ. επισκιαζοντος. Nonne ευσκιαζοντος reſcribendum?

על־כן) *hinc* — illae lacrymae. Haec, ait, eſt occaſio, qua data puellae veſtrae proſtibula et recens nuptae adulterae fiunt. Nam בנות ſunt *Jungfern*, et כלות *junge Weiber*.

v. 14. לא) interrogatio.

יפרדו h. l. reciproce, *ſe ſeparant* cum הזנות i. e. proſtibulis, turpiſſimis iſtis ſacris dicatis, i. e. *iis ſe iungunt*. Vnde intelligis verſiones. O. συνεφυροντο *miſcent ſe*. Sic Syrvs. Nec multum abeſt Vvlg.

conuerſabantur. Et זנות, vt iam indicaui, ſunt perſonae iſtae publicae, quae conſecratae erant myſteriis iſtis. Nam explicatur hoc vocabulum per קדשות, a קדש αγιαζειν, *weihen*, *einweihen.* Sunt ergo initiatae ſacris O. τετελεσμενων vid. *Michaelis Erklär. des Br. a. d. Hebr* nota 50. Θ. κεχωρισμενων. Σ. εταιριδων, *ſcortorum.* A. διηλλαγμενων, *mutatarum*; nam ſcorta ſic dici poſſunt, quia veſtes mutare ſolebant, vbi ad proſtibula vel locum condictum ibant. Vulg. *effeminatas* i. e. impudicas, nam et CICERO, effeminatiſſimum animum, pro impudentiſſimo et impuriſſimo, dixit. SYR. ܓܒܪܐ ܙܢܝܐ *Gaſſenburen.*

לא יבין ילבט) O. μη συνιων. Suppl. אשר. Et לבט, vt لبث, *implicare.* Plebs implicatur, exemplo plurimorum cedens. O. συνεπλεκετο μετα πορνης: nempe verba אם זנה e verſu ſeq. huc tranſtulerunt et עם זנה legerunt. Sic et SYRVS. Et lectio eſt, meo quidem iudicio, non contemnenda.

v. 15. ויאשם) אשם, *ſtraffällig ſeyn*, *ſich ſträffällig machen.* Senſus lectionis vulgaris: Etiamſi Iſraelitae idololatriae dediti eſſent, modo ne Judaei etiam eandem culpam contraherent. Sic A. Σ. Θ. E. Sed SYRVS et O. cum ואתה verſum incipiunt, et prior quidem ſic: *tu vero Iſrael ne reum facias Judam:* O. vero ſic: *tu vero Iſrael ne inſipienter agas; et Juda, ne abeatis* etc. Nam punctum poſt Ιουδα delendum, vt docet Arabs et editio Romana.

ואל תבואו) ו O. non legit vt docui. Sed SYRVS id expreſſit, quamuis Lilienthalius neget, deceptus verſione Polyglottorum latina.

בית און) Nomen proprium Bethel; 1 Reg. XII, 29. ſed per contemtum dicitur h. l. בית און i. e. locus flagitioſus. Pertinebat ad tribum Benjamin, ſed aliquando Ephraimitae locum hunc Cananitis eripuerunt Jud. I, 21. 23. a quo tempore ad regnum Iſraeliticum

refertur. O. οικον ων, melior lectio, οικον της αδικιας. Hanc Ar. expressit. A. Θ. οικον ανωφελη. Σ. οικον αθεϊας. Sed in Barberino A. Σ. Θ. οικον ανωφελους.

ואל) ו*aut* —— nuncium date Iouae. Nam *iurare per Iouam* dicitur tanquam species pro genere, de vniverso cultu veri dei, ita vt idem sit quod, *profiteri verum deum.*

v. 16. כפרה סררה) Vacca iugi mulsuraeque impatiens. O. οτι (Vatic. διοτι — quae particulae frequenter in editionibus permutantur) ως δαμαλις παροιστρωσα παροιστρησεν. Sed Syrvs παραφραζει h. l, "nam instar iuuencae rebellantis a iugo, ita rebellarunt filii Israel.,, Dicerem eum legisse סררו בני ישראל. Sed in tali paraphrasi de varietate lectionis nihil certi statuendum est. Sensus loci nostri: "legibus teneri non vult.,,

עתה ירעם) *iam pascet;* ironice positum. Vacca refractaria, ait, stabuli impatiens est amareque videtur pascua lata et spatiosa. Ergo Deus concedet ea. Ducet eos, velut agnos (late pascere amantes) in pascua amplissima nempe in regiones Babylonicas, vbi coloni erunt terrarum maximarum et incultarum, vbi longe lateque sese extendere poterunt. Syrvs ועתה legit, et ככבשים pro כבבש.

v. 17. חבור) *angekoppelt* trop. μετοχος vt O. reddunt cum Vvlg. et Syro. Σ. E. ηνωθη ειδωλοις Εφραιμ.

הנח לו) quiescere sine, mitte eum. הניח αφιεναι. O. εθηκεν εαυτω σκανδαλα: leg. הניח לו דף, nam דף σκανδαλον reddunt Ps. XLIX, 21. Ion. dereliquerunt suam religionem. Puto esse paraphrasin lectionis huius: הנחו טוב deseruerunt *bonum.* Vnde illud דף et טוב ortum fuerit, mox dicam.

v. 18. סר סבאם) Interpretes: *recedet potus eorum.* i. e. mox desinent istae compotationes, quibus

ſacra iſta turpiſſima celebrarunt. סבא germ. *ſauffen.* Σ. E. επεκλινε συμποσια. Vvlg. *ſeparatum eſt conuiuium eorum.* Confirmat ſaltim lectionem noſtram. Sed in aliis codicibus lectio mirifice variauit. Syrvs enim: *omnes fornicati ſunt*, ac ſi pro סר סבאם הזנה הזנו eſſet כלם הזנו, aut ſaltem כלם הזנה הזנו. Ionath. "Principes eorum multiplicauerunt conuiuia eorum ex rapina „ Paraphraſis redolet hanc lectionem, חרבו סבאם, vt mox docebo. Tandem O. ηρετισε χαναναιους, vbi reſcribendum ηρετισαν χαναναιοις, nam Arabs: *gratificati ſunt Cananaeis:* quod ortum eſt e lectione hac, ערבו שבאים: nam Sabaeos per Cananaeos explicaſſe et ערב per *gratificari* reddidiſſe, morum et genii Alexandrinorum gnaro, non improbabile videbitur. Sed iam vnde tanta diuerſitas? Dicam, quod mihi videatur. Puto genuinam lectionem fuiſſe hanc: (addo perſpicuitatis cauſa verba poſtrema commatis praecedentis:)

הנח לו סבאם סרחו הזנה הזנו

hoc ſenſu: *mitte eum: compotationibus luxuriantur*, (סרח luxuriari, abundare, *ausſchweifen* (*fornicando fornicantur* etc. Quilibet enim facile intelligit *pluralem* verbi aptiorem eſſe contextui et eluceſcere omnino ex omnibus verſionibus, etſi maxime diuerſis. Iam, hoc ſuppoſito, finge columnam in vno codice ſic poſitam fuiſſe (addo אפרים)

אפרים הנח לו סב

סבאם סרחו הזנה.

Nam notum eſt, librarios vbi lineam complere non poſſunt, ponere ſolere in ea litteras primas vocabuli vltimi, et easdem in ſequente linea repetere cum integro vocabulo. Hinc ſupra in prima linea vides סב et in alterius initio verbum integrum סבאם. Et nunc conſidera lector, lectiones verſionum, et compara eas cum ſcriptione ſupra poſita. Facile intelliges, vnde

Alexandrinorum רפ et Ionath. טוב ortum fuerit. Nec difficile erit iudicatu, qui factum fuerit, vt litterae חו in verb. סרחו, quod pro סר rescribendum esse dixi, omitterentur. Sequuntur enim litterae חז, quarum similitudo cum חו, oculum librarii, praesertim in scriptione continua, facile decipere poterant, ita vt vel has vel illas omitteret. Denique et hoc tibi persuaderi lubenter patieris, pro סרחו vitiose in aliis codicibus scribi potuisse ערבו et הרבו. Caeterum Syri codex vitiosissimus et corruptissimus omnium (hoc scilicet in loco) fuisse videtur.

הזנה הזנו) Sensus: inuitant ad idololatriam. Et subiectum totius commatis sunt מגיניה *proceres eorum.*

אהבו הבו קלון מגניה) קלון est *ignominia* et h. l. posito abstracto pro concreto, *idola turpissima.* Iam sensus esset: „Proceres amant illud: *date idola!*" Sed placet coniectura Dathii, qua אהב אהבו *amando amant* legendum esset, vt antea הזנה הזנו. Syrvs et O. cum suo sequace, solum אהבו expresserunt. Solus Vvlg. vulgarem lectionem etiam h. l. tuetur. Nam is in his libris recentiores emendationes maxime expertus esse videtur. Sed pro מגיניה Syrus legit וּמְגִנִּים vertitque, *et idola.* Nam جُنّ Arabibus est, *daemon:* a גנן *texit*, *protexit*, quia veteres daemones putabant esse protectores et gubernatores rerum humanarum. Vnde facile est creditu מְגִנִּים notasse, *numina, daemones.* O. φρυαγματος αυτων; melius quam Vatic. αυτης. Arabs a fremitu *eorum*; quamuis alias in his libris editionem Romanam referre soleat. Legerunt מגאונם nam גאון est *tumultus* et redditur Ier. XII, 5. Ezech. VII, 24. XXIV, 21. Zach. XI, 3. per φρυαγμα. Suspicor autem verba εκ φρ. α. pertinuisse olim ad comma sequens, ad quod Arabs ea retulit, adeo vt מגאונם pro מגיניה retulerint ad v. 19. Nec absurdum esset statuere, lectionem veram fuisse בגאונם,

eamque vere pertinere ad v. ſeq. Cuilibet enim emunctioris naſi interpreti diſplicebit illud מגיניה, in fine commatis, et in iſto ſignificatu. Perſpiciet contra, verſum 18. facilius fluere, ſi vocabulum iſtud reſecare orationemque ad Iſraelitas vniuerſos referre velimus. Denique ſenſum verſus 19. aptiſſimum inueniet hoc modo: *in tumultu eorum conſtringet eos ventus alis ſuis*, auferetque etc.

v. 19. אותה) lege אותם, nam ſequitur יבשו. Et ex עליהון chaldaei paraphraſtae colligo, eum ſic legiſſe. SYRVS iſtam vocem plane omiſit et O. leg. אַתָּה, *tu es:* Συςροφη πνευματος συ ει εν ταις πτερυξιν αυτων, Vatic. αυτης. Pro συ ει ARABS وَافى, *ſuperuenit*. Memorabilis lectio: exprimens verbum אתה *venit*. Quid ergo? Inſpexitne hoc loco autor verſionis arabicae codicem hebraeum, inuenitque lectionem אתה; adeo vt appareat eum Alexandrinos non tam coeco ſtudio ſecutum eſſe, quam critici hactenus putarunt? Aut, aliamne lectionem in O. ante oculos habuit, v. c. συνει *mouebit*, quaſi *ſe mouebit* i. e. *veniet* in alas eius.!

ויבשו מזבחותם) tunc pudebit eos idololatriae; tunc intelligent ſpem et fiduciam in Deaſtros poſitam, irritam fuiſſe. SYR. ION. O. leg. ממזבחותם, *altarium* ſuorum: ſed VVLG. *a ſacrificiis ſuis*.

Cap. V.

v. 1. המלך) Menahem.

לכם המשפט) משפט exprimit quasuis actiones iudicis — cauſae cognitionem — ſententiae lationem — eius executionem etc. h. l. *ſententiam*, *Urtel*. Senſus: ad vos pertinet haec ſententia v. 19. prolata. O. προς υμας εςι το κριμα:

פח) *laqueus*, παγις, trop. *ſeductio* i. q. poſtea רשת פרושה *rete expanſum*. Vos Iſraelitae ſuperſti-

tione vestra in Mizpa et Tabor (1 Sam. X, 3.) multos e regno Judae seduxistis. SYRVS legit: פחים הייתם לצפים *laquei facti estis speculatoribus.* ION. *offendiculum fuistis doctoribus vestris*: leg. פח הייתם לצפיכם VVLG. et O tuentur nostram lectionem, sed nomen proprium, more Hellenistarum (v. Hebr. III, 8.) ex etymologia reddunt — *τη σκοπια.* Arabs hoc vocabulum de ipso *tractu* intellexit, in quem speculatores prospiciunt: reddit enim مسكاله, *tractus.* Σ. *πλατεια.*

ורשת: O. *και ως δικτυον,* leg. וכרשת. Ar. sicut rete expansum super *monte* Tabor. Σ. *επι το ορειον.* Θ. *επι τον δρυμον*: leg. טבור *tuber, locus editus, collis cum nemore.*

v. 2. ושחטה) Locus obscurus et sine dubio corruptus. Interpretes sic: שחטה *mactando* (ac si esset infinitiuus c. ה parag.) שטים *declinationes* (a שוט declinare, peccare,) העמיקו, *profunda fecerunt* — quod de peccatis dicitur, quando modum excedunt: vt infra IX, 1. Es. XXXI, 6. Sensus: Durch ihre Götzenopfer haben sie ihre Beleidigungen auf den höchsten Grad getrieben. Sed sagaciores vident ista verba hebraica ab omni analogia linguae abhorrere. Nostrae interim lectioni fauent VLG. *victimas declinastis in profundum,* et ION. *sacrificant idolis largissime*: nisi quod prior תעמיקו expresserit. Sed O. *ο οι αγρευοντες την θηραν κατεπηξαν,* et SYRVS: *et* venatores venantes abscondunt *laqueos.* Vbi notandum *ο οι* manifeste vitiosum esse, adeo vt *και οι,* quod et SYRVS expressit, rescribendum sit. Nam *και,* in compendio scripturae positum, facile permutari potest cum o et *οτι,* quare et alii libri *οτι οι* habent. Deinde nec hoc negligendum, pro שטים olim lectum fuisse צדים, in quo verbo O. ט cum ד permutarunt et י transposuerunt aut potius transpositum in suo codice repererunt: porro *κατεπηξαν,* των Θ, Drusius pro *απεκρυψαν* accipit, recte.

Nam et Arabs: venatores *fixerunt* ad venationem. Legiſſe videtur *κατεπυξαν εις θηραν*. Denique *laqueum*, cuius a Syro mentio fit, e gloſſa ortum eſſe, certo perſuaſus ſum, adeo vt lectio Syri, quam veram et genuinam lectionem eſſe cenſeo, haec fuerit:

וצידים צרים העמיקו

των O vero haec

וצידים צידה העמיקו.

Quisque videt, 1) permutationem facillimam fuiſſe, 2) comparationem a venatione petitam orationi textae aptiſſimam eſſe, cum iam v. praec. de inſtrumentis venatoriis ſermo fuerit, et 3) ipſa denique verba hebraica ſic anologiae linguae conuenientiora eſſe. Iam ſenſus eſſet: *etſi vero* (ſic ו reddendum) *venationem ſuam* i. e. ſeductionem v. praec. commemoratam, *vel maxime celare ſtudeant*, *tamen omnia ad examen reuocabo.*

ואני מוסר לכלם) *ego vero* — Vvlg. "et ego *eruditor* omnium„ ac ſi eſſet participium. O. *εγω δε παιδευτης υμων*: leg. לכם pro כלם.

v. 3. ולא נכחד) Hebraei repetunt emphatice propoſitiones affirmatiuas cum negatione vt illud: *er bekannte und leugnete nicht.* Senſus: probe noui indolem Iſraelitarum, etſi me latere ſtudeant.

עתה) *nunc quidem* — in praeſentiarum certe tam rei ſunt, vt fruſtra ſtudeant ſe palliare. Arabs עתה ad poſterius membrum expreſſit.

נטמא) *polluere* dic. de idololatria. Eſt vniuerſe, culpam contraxiſſe, aditum ad Deum amiſiſſe.

v. 4. לא יתנו מעלליהם) תת h. l. *permittere*, qui ſignificatus in libro Ioſuae frequens. Et Syrvs h. l. ܠܐ ܫܒܩܝܢ *non ſinunt* מעללים A. *επετηδευματα inſtituta*, *vitae genus*. Σ. *βουλας*, *Geſinnungen*. O. *διαβουλια* id. Θ. *γνωμην*, *Grundſäzze*.

בקרבם) O. εν αυτοις: recte: nam קרב redundat, vt apud graecos et latinos.

v. 5. וענה) ענית c. על *accusare, condemnare.* Si sequitur בפניו, accedit nostro confrontationis, vbi accusator in faciem edicit. Es. III, 9. O. αντιστηναι, quod eodem sensu forensi adhibetur in N. T. Hoc loco: ταπεινωθησεται, ac si esset עֻנָּה. Sic Syr. et Ion. qui praeterea לִפְנָיו legisse videntur.

גאון) A. Θ. αλαζονια. Σ. O. υβρις. Dicitur de iis, qui nil timent prae fastu, quique viribus suis et amicis ita fidunt, vt deum fere contemtui habeant.

יכשלו) vid. supra IV, 5. "ruent in exitium.„ O. ασθενησουσιν. Sic in N. T. ασθενειν est *affligi, malis premi* 2 Cor. II, 29. et ασθενεια, *mala* Matth. VIII, 17.

v. 6. בצאנם) O. μετα προβατων και μοσχων. Nam צאן sunt pecora minora, agni, caprae etc. et בקר sunt pecora maiora, boues, vaccae, muli etc.

לבקש) vid. III, 5.

ולא ימצאו) *inuenire deum* valet, experiri Deum propitium. O. ου μη ευρουσιν αυτον: leg. ימצאוהו. Sic et Syrvs.

חלץ) *sich wegreissen.* Verbum vehemens. O. οτι εξεκλινεν: leg. כי חלץ: vt et Syrvs.

v. 7. זרים) O. τεκνα αλλοτρια, e coniugiis cum gentilibus. Species posita pro genere. In gentium consortia se implicuerunt: idola eorum receperunt: foedera cum eis pepigerunt etc cf. v. 13.

עתה יאכלם חדש את־חלקיהם) Haec verba Syrvs plane omisit, ex oscitantia, puto. O. νυν καταφαγεται αυτους η ερυσιβη, και τους κληρους αυτων. Legerunt pro חדש quod Vvlg. Ion. et reliqui interpretes graeci A. Σ. Θ. tuentur, חסיל, quod Ioel I, 4. eodem modo reddunt, et vbi *Arabs* vt h. l. قمل, *pe-*

diculos habet. Cel. Dathius quidem hanc autoritatem ſecutus eſt, quia ipſi videbatur lectio vulgaris ſenſum incommodum habere. Nos longe aliter iudicamus. Nam a) autoritas veteris cuiusdam interpretis per ſe non ſufficit ad expungendam lectionem vulgarem codicibusque antiquiſſimis firmatam, niſi ea ſit omnino inepta et abſurda. b) Obſtat nouae lectioni το חלק, quod proprie eſt *portio*, deinde, ſumma bonorum quae cuilibet propria eſt, *Hab und Gut*. Et nuspiam legitur de *agris*. Etſi enim agri ad *bona familias* pertineant, חלק tamen iſtos agros exprimit tantum vt *partem* haereditatis vel bonorum, non *agros, quatenus fructus ferunt*. c) Noſtra denique lectio ſenſum aptum praebet et orationi textae non modo, verum etiam verborum indoli et hiſtoriae 2 Reg. XV, 19. 20. conuenientem. Nam חרש commode poteſt verti *tributa menſtrua*, vt nos dicimus *Römermonate*. Et אכל frequentiſſime pro *abſumere*, *perdere*, ponitur. Vt ſenſus ſit: tributa menſtrua vos abſument *cum* bonis veſtris — *werden euch mit Hab und Gut aufzehren.*

v. 8. בגבעה — ברמה) O. iterum etymologice: επι τους βουνους επι των υψιλων et Syrus bis ܒܪ̈ܡܬܐ. תקע eſt, *clangere*, *canere*, σαλπιζειν. Id fiebat vel חצצרה, *tuba* ex aere directo, vel שופר, *buccina* cornu arietino, vnde A. Σ. κερατινη vt Num. X, 8. Sacerdotes vero tuba canebant, vel ad conuocandum coetum, vel ad indicanda jeiunia vel ad monendos de hoſtium aduentu ciues. O. ηχησατε leg. חצרו.

הריעו) pr. *Feldgeſchrey machen.* Arabs *clamate in domo.* Excidit incuria librarii verbum الظلم *iniquitatis* vid. IV, 15.

אחריך) Hannibal ante portas! Aut illud: Iouis ales inſtat! E. κατα νωτου σου vt Vulg. poſt tergum tuum. *Hinter dir Benjamin!* O. εξεστη βενιαμειν, leg. יחרד, vel, החריד ſenſu reciproco. Certe vox poſterior cum אחריך facillime permutari poterat.

v. 9. ביום) O. ἐν ἡμέραις ac ſi eſſet בימי.

הודעתי נאמנה) נאמנה eſt neutrum, quod Hebraei per foemininum exprimunt, quodque ſcriptores N. T. imitantur v. c. Matth. XXI, 42. נאמן vero eſt, *firmum, ſolidum, feſt, dauerhaft!* diciturque de corpore, animo, pactis etc. Senſus: oſtendam, me vt in promiſſionibus, ita etiam in minis exequendis, eſſe firmum et conſtantem.

v. 10. כמסיגי גבול) Similis comparatio IV, 3. O. ὡς μετατιθέντες ὅρια: quod graue ſcelus Deut. XIX, 14. E. ὅμοια τοῖς ἀποτεμνομένοις ὅρια. Σ. ὡς παροργίζοντες, *vt incitantes:* puto reſcribendum eſſe, παροριζοντες *terminos egredientes.* Senſus tropicus eſt: *qui legibus teneri nolunt.* Nam גבול tropice ſunt *leges.*

כמים) cum impetu, *unaufhaltſam.* Et עברה eſt *ira rapida.* A. ſecundum Barberinum ἀνυπερθεσίαν, ſuo more. Θ. ὡς ὕδωρ τὸν χόλον μου. O. ὅρμημα. Sed Σ. mire: ὑδροκέλιαν ὁρμήματός μου. Vox ὑδρ. in Lexicis deſideratur. Nec Heſychius eam habet. Ego ſic ſtatuo: ὑδροκέλιαν eſſe *impetum aquarum:* ab ὕδωρ et κέλλω, quod de *curſu celeri* dicitur.

v. 11. עשוק אפרים רצוץ משפט) רצץ valet *zertreten*, ſed trop. idem valet quod עשק diciturque de cauſis forenſibus. Et משפט (acc. qual.) eſt, *cauſa.* Iam *frangere, opprimere cauſam* eſt, facere vt quis cauſa cadat. Plerumque adhibetur de iudicibus iniuſtis, hoc loco vero, de iuſto dei iudicio. Senſus: Ephraim cauſa cecidit, condemnatus eſt. O: κατεδυνάστευσεν Ἐφραιμ τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ, κατεπάτησε κρίμα. Reddiderunt participia paſſiua, actiue. Nam עשק eſt καταδυναστεύειν ἀντίδικον αὐτοῦ, quamuis ego ſtatuerem, ἀντίδικον αὐτοῦ eſſe gloſſam. Arabs ſic reddit, ac ſi ἀντιδίκους in plurali legerit.

כי הואיל הלך אחרי צו) הואיל eſt *velle, inſtituere, beginnen, ſich einkommen laſſen.* Sic et θέλειν

Act. II, 21. et alibi passim. O. centies ηϱξατο vt Gen. XVIII, 27. quae vox saepe plane redundat. Hinc Vulg. *coepit.* De voce צא disceptant interpretes. Chaldaeis צאי et צואי est *sordidum*, *inquinatum*. Hinc Vulg. h. l. *sordes*, et Syr. Es. XXVIII, 10. *stercus*. Ion. h. l. "vt errarent post mammona iniquitatis„ hoc sensu: "ducuntur foeda auaritia. Sed puto צו esse *idola*, *Drekgötter*. Nam prophetis solemne est, variis nominibus qualitatem exprimentibus, idola appellare v. c. עצבים *dolores*, IV, 17. קלון *turpitudo*, ib. v. 18. etc. Et hunc sensum videtur innuere oppositio commatis sequentis: *idola* vilissima colunt et *me* contra vilipendunt. Nec O. absunt a nostra explicatione: ηϱξατο ποϱευεσθαι οπισω των ματαιων. Nam ματαια centies de *idolis* dicunt.

v. 12. ואני) ו *contra*, *vero*, Dathius male; *igitur*. Ion. pro ואני habet ומימרי *et verbum meum;* et sic in locis sexcentis; vt adeo certum sit, quam quod certissimum, hunc paraphrasten nuspiam aliquid in animo habuisse, quod ad λογον istum, cuius solus Ioannes in Euangelio mentionem fecit, iure referri posset.

כעש) vt tinea sum — vt putredo (כרקב) sum — i. e. *contemnor*, *vilipendor*. Sed O. ως ταϱαχη — ως κεντϱον, ac si leg. כזעיה pro כעש et כקטב pro כרקב. Breitingerus quidem pro ταϱαχη rescripsit αϱαχνη probabili certe ratione, sed ob consensum Arabis et Syri haud valente. Nam Syrus qui non modo in his libris omnino non sequitur τους O., sed et in hoc ipso versu pro κεντϱον, *leonem* habet, reddit nihilominus כעש *vt perturbatio*, adeo vt procul dubio in codicibus quibusdam vocabulum fuerit, quod perturbationem notaret, velut כעס, בעת, רעש aut aliud simile τω כעש. Pro כרקב Syrus forte כבפיר legit: nisi in ipsa versione Syriaca mendum sit.

v. 13. וירא) ו *quidem* et alterum ו in וילך — *tamen*, *veruntamen.*

- חליו) morbum ſuum, trop. ſtatum reipublicae miſerrimum, vid. Eſ. I, 5. Ier. X, 19.

מזרו) a זור comprimere, dolorem excitare. Inde מזור *eine Compreſſe, Bandage.* Vetus interpres infra *συνδεσμος*, A. *επιθεσις*, VVLG. vinculum. O. vero, *οδυνη*, vt et SYRVS.

ירב) Eſt appellatiuum pro proprio, qualium vocabulorum vſum ſupra ad צו notaui. Eſt proprie, *defenſor.* Σ. vt VVLG. „ad regem vltorem." A. *δικαζομενον* Θ. *κριτην.* Sed O. *απεϛειλα πρεσβεις προς βασιλεα ιαρειμ*: De qua verſione mihi ſic videtur. Legerunt יָרִים vel adeo יוֹרִים, quod vocabulum, etſi in codice ſacro non obuium ſit, tamen in vſu fuiſſe, atque de *doctoribus*, *interpretibus*, *legatis* aliisque eius generis perſonis vſurpatum eſſe poteſt. Iam ſuſpicor, olim ſic ſcriptum fuiſſe: *απεϛειλε προς βασιλεα ιαρειμ.* Deinde in margine aliquis poſuit *πρεσβεις*, vt explicaret *το ιαρειμ.* Poſtea vero vtraque lectio, vt ſaepe factum, in textum irrepſit. Nam ARABS vtramque expreſſit.

יגהה) גהה Chaldaeis et Syris eſt, *emendare*, *curare*, *liberare.* Inde גהה, *medicina* Prou. XVII, 22. O. *και ου μη διαπαυση εξ υμων οδυνη.* SYR. "neque ܢܐܣܐ ſanabit dolores *veſtros.*„

כשחל) *vt leo*, trop. *inexorabilis*, et talis cui reſiſtere non poſſis. O. *ως πανθηρ*, alibi *λεων.* Θ. *ως λις.* Sed A. *ως λεαινα*, et haec vera notio vocis huius eſſe videtur: quam et VVLG et ION. tuentur. Σ. aut ſenſum expreſſit, cum *ως επιβολη λεαινης* redderet, aut, quod vero ſimilius eſt, ipſa illa lectio Symmachi corrupta et e duorum interpretum translationibus orta, quorum alter *ως επιβολη* (nam שחל ſecun-

dum ar. سَكَبَ est *effundere cum impetu*) alter ως λέαινα reddiderit.

כבפיר) *leo iuuenis*. Sic. SYR. VVLG. ION.

אני אני) O. ואני. SYR. et ION. אני. Solus VVLG. אני bis habet.

ואין מציל) locutio fere prouerbialis. Coran. XVI, 39. 48.

v. 15. אלך אשובה אל מקומי) אלך אשובה *redibo*. Redire in locum suum Deus dicitur, vbi fauorem suum plane detrahit. Contra, *egredi e loco suo*, vbi res mortalium neglectas denuo curare videtur. vid. Ef. XXVI, 21. Mich. I, 3.

יאשמו) אשם h. l. reatum, culpam agnoscere. Sic Leu. IV, 13. ION. עד דידעון דחבו *donec agnouerint se peccasse*. O. εως ου αφανισθωσι. Sic saepius reddunt το אשם. SYRVS, *donec conuicti fuerint*.

VI, 1. בצר להם ישחרנני לכו וגו׳) His verbis nouum comma inchoare docent veteres, scilicet O. et VVLG. ישחרנני legendum לאמר, quod O. SYR. et ION. habent. In aliis quidem locis accidere solet vt Alexandrini inprimis suum λεγοντες sponte suppleant, sed h. l. consensus plurium interpretum me mouet, vt לאמר in ipso textu fuisse suspicer. Et facile excidere poterat propter litteram initialem quae in vocabulo sequenti לכו recurrit. Caeterum ARABS codice recentiori vsus, verba εν θλιψει αυτων ορθριουσι προς με, ad comma praecedens retulit. Iam בצר להם (SYR. ובצר,) sic soluendum est vt ב accipias pro *vbi fuerit*. Et שחר de eo dicitur, quod *mane est* vel *fit*. Piel: *mane facere*, *agere*, trop. *studiose et sollicite aliquid perficere*. Vbi vero cum אל ponitur, valet, *sich zu jemand dringen*, vt Luc. XXI, 38 πας ο λαος ωρθριζε προς αυτον. Ergo h. l. ישחרנני poëtice positum pro ושחרו אלי. Idque saepe fit, vt particula abiecta, suffixum verbo vel nomini iungatur. Sic v. c. Davides aliquando in Psal-

mis ait מי יגרך pro מי יגור עמך. Iam ſequitur oratio populi deprecantis: *age redeamus ad cultum veri Dei* etc. O. επιςρεψωμεν προς κυριον τον θεον ημων ac ſi eſſet אל יהוה אלהינו.

טרף) non modo, *rapere* et *diripere*, ſed et *laniare*.

ויך) הכה, πατασσειν. Notio communis eſt, *vulnera letalia infligere*. Et חבש eſt *obligare vulnus*. O. μοτωσει. Heſychius, μοτωσει, ιασεται δι οθονιων: nam μοτος eſt *linteum*. Caeterum extat h. l. duplex SYMMACHI verſio, altera: μαλαγματισει ημας, altera: επιδησει ημας.

v. 2. יחיינו מימים) חיה in Piel eſt, *vitam — valetudinem reddere*. O. υγιασει. E. υγιεις αποδειξει. Iſtud vero מ in מימים reſpicit ad ב in בשלישי. *A biduo ad triduum* i. e. *in zwey bis drey Tagen* ſiue *innerhalb dreyer Tage*: i. e. *breui* curationem morbi grauiſſimi abſoluturus eſt. Hebraismus frequens. Sic v. c. Amos: ob tres praeuaricationes puniam et ob quartam non parcam i. e. *um drey bis vier* etc. Sic Salomo: tres res intellectum excedunt et quartam etc.

יקמנו) קום non eſt *ſurgere* ſed *ſtare*. Hiph. *ſtare facere* et h. l. facere vt aegrotus ſtare et extra lectum eſſe poſſit: *auf die Beine helfen*.

ונחיה לפניו) ו valet h. l. *adeo vt*. Et חיות לפני יהוה *viuere coram Ioua*, eſt, *beatiſſimum eſſe*.

ונדעה נרדפה) Prius verbum aduerbialiter poſitum reddendum eſt, *ſtudioſe* et ו *ergo*. Et רדף לדעת eſt, operam dare pietati aduerſus Deum, את יהוה. O. και γνωσομεθα. διωξωμεν του γνωναι τον κυριον. Delendum punctum poſt γνωσομεθα: nam ARABS, وَنَعْلَم نَسْعَى *et diſcamus ſequamur*: i. e. *ſtudioſe, caute ſequamur*: ſic in N. T. διωκειν δικαιοσυνην *ſtudere pietati*. E. παιδευθωμεν ουν και επειχθωμεν. leg. ונרדפה.

כשחר נכון מוצאו) Supple אשר ante כשחר sic vt referas ad מוצאו, *cuius auxilium:* nam מוצא de Deo valet *auxilium*, et נכון *opportunissimum.* Σ. non male: ως ορθρος βεβαια η επιφανεια αυτου. Nam et επιφανεια de *auxilio* dicitur. Confer quae diximus ad C. V, 15. et vide annon inde locus Mich. V, 1. illustrari possit. Sensus: *seine Hülfe wird erwünscht kommen wie die aufgehende Sonne.* O. ως ορθρον ετοιμον ευρησομεν αυτον. Sic Arabs: ac si esset נמצאהו pro מוצאו.

כגשם) Pluuiae vocabulo poetae orientales vtuntur ad depingendam summam refectionem, quia rarior cadebat. Ceterum יורה esse υετον πρωιμον *Frühregen* i. e. ea pluuia, quae in autumno decideret, vbi annum inchoabant, et מלקוש υετον οψιμον i. e. pluuiam vernam, *Spatregen*, ad anni exitum — tironum causa fere meminerimus. Et cum hac duplici pluuia non carere potuerint Palaestinae incolae, nisi messium spem omnem abjicere vellent, notio tropica in his figuris latens nulla alia erit, quam ista, *auxilii exspectatissimi.* Versiones paullisper discrepant

Ion. כמלקוש מרוה ארץ
Syr. וכמלקוש מרוה ארץ
O. כמלקוש ויורה לארץ.

Alexandrinos sequitur Vulg. et Ar. Et horum lectio videtur esse genuina. Nam illud מרוה *irrigans*, quod Ion. et Syr. habent, ineptum esset, quia sic altera pluuiae species desideraretur. — Sequitur oratio Dei.

v. 4. מה אעשה) *Quid faciam tibi*, qua medela vtar, vt ad talem poenitentiam te perducam. Dubius quasi haeret, vtrum poenis an lenioribus remediis vtendum sit. Tales ανθρωποπαθειας amant poetae hebraei.

וחסדכם) ו *nam.* Addit cauſam, cur dubius haereat. Cum vero חסד proprie notet affectum animi molliorem, *Empfindſamkeit*, h. l. ipſi primi motus, vt in ſcholis dicunt, animi poenitentis hocce vocabulo indicantur. *Die erſten Rührungen* eines busfertigen Herzens, das ſein Unrecht erkennt und von Neigung zu Gott belebt wird.

משכים הלך) mane euaneſcens.

v. 5. על־כן) *propterea*, nempe quia hanc inconſtantiam in vobis animaduerti. Oſtendit verbis ſequentibus quibus modis Judaeos ad ſanam mentem reuocare iam conatus fuerit.

חבצתי) ad quem pertineat hoc, docet ſuffixum verbi ſequentis. O. απεθεριστα τους προφητας υμων leg. נביאיכם et poſuerunt verbum formae pro verbo generis vt Iob. VIII, 12. Etiam Syrus legit הנביאים *prophetas.* Sed Vvlg. et Ion. lectionem noſtram tuentur. Poſterior: "monui eos per legationem prophetarum meorum„ recte. Nam חבץ, λατομειν, tropice valet, *reprehenſionibus et minis ad frugem reuocare.* Germ. *bobeln, abbobeln,* eodem ſenſu dicunt.

והרגתים) Puto legendum eſſe והרגתיך, quia ſequitur משפטיך. Et praecedunt etiam commate 4 pronomina ſecundae perſonae. *Occidere* h. l. i. q. ſeueriſſimis minis perterrere: *tödten* pro, *in Todesangſt ſezzen, ängſtigen:* vt αποκτεινειν aliquoties in N. T.

ומשפטיך אור יצא) משפט, ſi qualitatem hominis exprimit, notat *innocentiam:* et ו *vt* reddendum. Ad אור ſupple כ quod fecerunt omnes interpretes veteres. Iam אור ipſum *ſolem* ſignificat, quem Hebraei צאת *egredi* i. e. *oriri* et בוא *ingredi* i. e. *occidere* dicunt. Adeoque ſenſus eſt: feci illud ſperans, fore vt innocentia tua, aurorae inſtar aduentantis, adpareret: cf. Eſ. LVIII, 8. O. και το κριμα μου ως φως εξελευσεται: leg. משפטי. Sic Syr. et Ionathan. Su-

ſpicor vitium hoc e ſcriptione continua ortum eſſe, ſic vt ſcriptionem genuinam

ומשפטיככאוריצא

alii ſic legerint, omiſſo oſcitanter כ altero,

ומשפטיך אור יצא

alii ſic

ושפטי כאור יצא

alii denique, vt Vulg.

ומשפטיך כאור יצא.

v. 6. כי חסד חבצתי ולא) Comma hoc in parentheſi ſumendum. Nam חמה v. 7. (*verum illi*) connexum eſt cum v. 5. — חבץ, θελειν, *delectari* — et ולא comparate dictum: vti illud: lacerate corda veſtra et non veſtes i. e. corda potius quam veſtes. Hinc in membro ſequenti comparatio diſertius per מ exprimitur, adeo vt ipſum ולא idem ſit quod מ, vnde Ion. ממרבח.

v. 7. כאדם עברו ברית) Alii: *vt Adam.* Alii: *vt plebs improba* i. e. leuiſſimo animo; ſed tum deſiderarem בני. Alii: *vt hominis* ſc. foedus; ſed tum כאדם poſt ברית eſſe deberet, et nihilominus durior eſſet phraſis. Ego priorem explicationem praefero, omiſſis tamen ineptiis eorum, qui de Adamo *capite foederali* ſomniant. Nam cum Adamo Deus nullum foedus pepigit, ſed legem ei dedit. Nec vnquam ſubiecti, vbi leges domini violant, foedus violaſſe dici poſſunt. Et notiſſimum eſt cuiuis litterarum hebraicarum non omnino ignaro, ברית eſſe *inſtituta cum annexis promiſſionibus et minis* i. e. *leges*, adeo vt עבר ברית nihil aliud ſit, quam, *inobedientem*, *immorigerum eſſe*. O. *αυτοι δε εισιν ως ανθρωπος παραβαινων διαθηκην. εκει κατεφρονησε με.* Arabs, *et illi ſicut homo tranſiit foedus ibi. Spreuit me* etc. Manifeſtum eſt vitium interpunctionis, quod docet textus graecus των O. Le-

gerunt עבר pro עברו et בגר pro בגדו. Syr. et Ion. leg. בריתי.

(שם בגדו בי) בגד pr. *perfidum esse*, sed O. aliquoties καταφρονειν reddunt. Et שם pertinet ad v. 5. — *Bey dem allen* — Non obstantibus istis modis, quibus emendare illos studui, a me defecerunt.

v. 8. (פעלי און) O. εργαζομενη ματαια ac si esset singularis numerus in textu.

(עקבה מדם) עקב dicitur de *vestigiis*. Iam *vestigiata a sanguine* est *vestigiis sanguinolentis notata*. Innuuntur *immolationes hominum*. O. ταρασσουσα υδωρ, leg. עֲקֻבָה מַיִם vel adeo מְנִפָּה מַיִם. A. πεϱικαμπης απο αιματος. Σ. διωκται απο αιματος: certe עקב dictum etiam eo sensu, vt sit *vestigia premere, persequi*. E. υποσκελιζουσα και δολοφονουσα. Sunt duae interpretationes eiusdem verbi עקבה quae vitiose coaluerunt.

v. 9. (וכחכי וגו׳ חבר כהנים) חבר *sodalitium sacerdotum* (*Priesterbande*) *simile est* גדודים *turbae latronum*, חכי איש *qui speculatum sedent et vident vnde aliquis veniat, quem spoliare operae pretium sit*. Nam איש proprie *quendam* exprimit, qui non de infima plebe est: vti contra אדם leuioris generis personas denotat. Sed versiones valde discrepant. O. και η ισχυς σου ανδϱος πειϱατου. Εκϱυψαν ιεϱεις οδον κυϱιου. Intellexerunt כחכי ita, ac si esset כח *robur*, cum suffixo secundae personae: et pro גדודים חבר habuerunt scriptionem continuam hanc: גדודהחבאו quam vt Θ. ita legerunt: גדוד החבאו. Nam חבא in hiph. est *occultare*. Illud vero κυϱιου glossam esse suspicor. Arabs et h. l. Alexandrinos sequitur, vertens: *et fortitudo tua fortitudo viri praedantis. Sacerdotes absconderunt viam domini*. Syrus eandem lectionem profitetur, nisi quod pro החבאו habuerit החברו, et כאיש pro איש. Vertit: *robur tuum viri latronis. Societatem fecerunt sacerdotes in*

via: sine κυριου. Sumsit דרך pro בדרך. Lectionem החברו etiam Ion. confirmat. Vvlg. *et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum*, etc. Eodem fere modo Σ. teste Hieronymo: *fauces tuae vt viri insidiatoris* Barberin. υποκριτου. Verbum כחכי deriuarunt a חך quod ipsi Alexandrini saepe per λαρυγξ reddidere. Si in hac lectionum varietate meam dicere sententiam iuberer, textum genuinum hunc esse contenderem:

וכחכי איש גדודים החברו כהנים וג'

hoc sensu: sacerdotes societatem inierunt veluti latrones speculatum sedentes etc. Nam το החברו veterum plerique confirmant, ipsumque orationi textae aptissimum est. Et facillime poterat ו cum ה isto post ם, aeque ac ם ante ה, excidisse, praesertim in scriptione continua. Ceterum istud כחכי solus Ion. cum E. recte interpretati sunt. Interpres enim posterior habet: ως λοχος (vt insidiae) πολυχειριας λυςρικης. Θ. πειρατου. A. ευζωνων *bene armatorum.* Nam גדוד est proprie *turma, cohors militum:* deinde vero etiam de cohorte praedam latrociniaque sectantium dictum est.

דרך ירצחו שכמה) Supple אשר et דרך poetice positum pro בדרך. "Welche auf der Strasse gen Sichem tödten.„ Forsan sacerdotes idololatrici insidias faciebant in ista via ad capiendos homines quos Molocho immolarent. Syrvs וירצחו legit, voce דרך ad verba praecedentia relata. Ion. *occidunt — humero vno* cf. Zeph. III, 9. A. *in via occidebant humeros.* Θ. *interficiebant in dorso.*

כי זמה עשו) nam sceleratissimi sunt. Sic ποιειν ανομιαν in N. T. *sceleratum esse*: quod h. l. Alexandrini habent.

v. 10. שעריריה) Lege, שערוריה. Tempus est, vt istae ineptiae Masorethicae mittantur. שער vt זמם pr. est *cogitare, excogitare;* deinde de *sceleribus exco-*

gitatissimis et *consiliis turpissimis* dicuntur. Duplicationem litterarum ajunt significatum augere.

שם) Haec particula etiam h. l. mere consecutiua est. "Ich sehe — *da* ist — alles voll Greuel der Abgötterey."

v. 11. גם גרודה) Analogiae consentaneum est, haec verba ad comma praecedens referri, vt fecerunt O. et Arabs. Et sensus ipse facilior aptiorue euadit. Nam sic verba sequentia apparent vt responsio ad quaestiones v. 4. propositas. "Quid tibi faciam? — Tentaui omnia — v. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. — vnum, ait, (v. 11.) restat. Parabo tibi messem cum e graui exsilio te reduxerim." Nam שת impersonaliter sumendum. *Posuit* i. e. *posita, destinata tibi est messis*. Σ. *αποκειται* vt 2 Tim. IV, 8. Comparantur Judaei cum semine, quod Deus sparsurus erat in locis exsilii, ea spe, vt forte in terra ista felicius crescant, meliorque et laetior soboles proueniat, quam quae olim fuerat. O. *αρχου τρυγαν σεαυτω*, leg. שְׁרֵא קְצִיר לָךְ. Nam שרא, quod in libro Esdrae aliquoties occurrit, Chaldaeis est *incipere, Anstalt machen*. Et קציר per infinitivum reddiderunt more suo, posito vocabulo formae pro voc. generis, quod centies fit. Syrus: ܚܨܘܕ *para tibi vindemiam*. Non dubito quin et ipse שְׁרֵא legerit. Et Ion. videtur שראו legisse. Nam *παραφραζει* hoc modo: *quin etiam viri domus Juda* שְׁרִיאוּ *coeperunt multiplicare peccata sua*. Barberin. *αφηκε θερισμον αυτου*: ac si esset לו pro לך E. *παρεσκευαζες αυτον*, lectio שתה לו.

SECTIO TERTIA.

Cap. VII.

v. 1. כרפאי) כ —— *quo magis* —— ſanare ſtudui Iſraëlitas i. e. emendare remediis lenioribus.

ונגלה) ו —— *tanto magis.* Deus medicum ſe ait egiſſe inter Iſraelitas nimis lenem. Debebam cultro vti ad curanda vulnera. Cum vero id non facerem, indies noui ſinus ſe offerebant.

פעלו שקר) *fallaces ſunt.* Spem medici fallunt. Syrus videtur שקר לִפְנֵי legiſſe.

וגנב וגו') *Fur venit et tota foras turba diſſipatur.* Prouerbium eſt. Finge fures noctu aggredi domunculam aliquam, inſcios ipſam furis eſſe, et furem in ea verſari. Ille audit foras laborantes. Mox decernit erumpere, et videre quis animus ſit collegis. Rupta ianua, proditoque clamore vehementiori, iſti celerrime aufugiunt. Inde prouerbium iſtud: *fur venit* etc. quod poſtea de iis dictum, qui magno auſu aliquid ſuſcipiunt, mox vero, obiecto ipſis leui impedimento, manum retrahunt, negotiumque inceptum deſerunt, quod feciſſe Judaei dicuntur, qui magno ſaepe ardore emendationem promiſerunt et ſuſceperunt; ſed obiecto idolo aliaue re peruerſos animos alliciente, deſtiterunt fidemque Deo datam feſellerunt. Veteres ſenſum hunc non aſſecuti ſunt. O. *και κλεπτης πρoς αυτον εισελευσεται, εκδιδυσκων λησης εν τῃ οδω αυτου.* Facile mihi perſuaderi paterer, pronomina *πρoς αυτον* et *αυτου* eſſe interpolata, et ab imperito interprete, qui forte ad marginem ea ſcripſerat, orta. Nam verba Alex. cum noſtro textu, demtis pronominibus, amiciſſime conſpirant. Et illud *εν τῃ οδω, auf der Straſſe,* quod analogiae tam conſentaneum eſt, coniecturae maximam facit fidem. Syrus, etſi non bene expreſſe-

rit, textum tamen noſtrum tuetur, niſi quod וגדוד *et turma* habuiſſe videatur. Vvlg. Alexandrinorum verſionem expreſſit, miſſis pronominibus iſtis; quod ſententiam iſtam meam extra dubium ponit. E. *και κλεπτης μεν εστιν ενδον, λωποδυτης δε ληστευει τα εξω.*

v. 2. ובל יאמרו) ו — *verum* — בל, *ne* — quod Dathius non vidit, et אמר ללבבו *dicere cordi ſuo* eſt, *ſibi perſuadere*, *animum perſuaſionibus mulcere.* Senſus: "Nolint ſpe vana ſe lactare: poenas certiſſime dabunt: differo eas, ſed non aufero" — נגד פני היו, "peccata enim eorum ſemper in oculis habeo.," A. *μηποτε ειπωσι ταις καρδιαις αυτων*, ſed O. *οπως συναδωσιν ως συναδοντες* (al. *αδοντες*) *τη καρδια αυτων, πασας τας κακιας αυτων εμνησθην.* De hac verſione mihi ſic videtur. Verba *οπως συναδωσιν* (al. *συναδουσιν*) et *ως συναδοντες*, eſſe diuerſas lectiones, quae vitioſe coaluerunt. Pro ובל יאמרו leg. ואף יזמרו *quin etiam occinant cordibus ſuis.* Arabs etiam vtramque illam lectionem expreſſit, كَيْ يُهَرْسُوا مِثْلَ الْهَارِسِينَ *vt canant velut canentes in cordibus ſuis.* Certe, هرس dictum etiam eſſe videtur vt de doctoribus, oratoribus, ita et de poetis et Muſicis, quod probabile ſit ex analogia dialectorum reliquarum orientis. Adſcribam vero aliam coniecturam, vt optio ſit iudicibus competentibus. Cum هرس pr. ſit *obliterare*, *tegere*, *abſcondere*, forſan priſca lectio fuit *συναγοντες* adeo vt pro יאמרו lectum fuerit יאצרו. Nam אצר Eſ. XXXIX, 6. reddunt Alexandrini per *συναγειν.*

סבבום) סבב *circumire* hominem, dicuntur *impoſtores* — *hoſtes obſidentes* — denique *peccata*, quae tot malorum parant, e quibus elabi quis nequeat. Prou. V, 22.

v. 3. ובכחשיהם) כחש, fallacia, *Täuſchung*, deinde *id quod fallit ſpem* h. l. peccata, et in primis ido-

lolatria, a quibus frustra sperabant commoda. In Syro mendum est. Versio haec in Polyglottis sic habetur: *malitia sua exhilarant reges* (מלכים) *et mendacio suo.* Deinde sequens comma incipit verbis: ܟܠܗܘܢ ܫܠܝܛܢܝܗܘܢ, quae vitiose transposita sunt, adeo vt, *principes eorum,* ad verba, *mendacio suo*, pertineat.

v. 4. מנאפים) נאף h. l. inhiare adulteriis — idololatriae: *sie sind entbrannt* etc.

מאפה) pr. *coquus.* Sed quia apud veteres pistoris et coqui saepissime vna persona, *pistorem* etiam notat: h. l. *furnarium* publicum. Nam in Oriente pluribus locis furnarii publici erant, qui noctu domatim mulieres excitabant ad massam subigendam: quo facto abibat et furnum calefaciebat vsque dum venirent cum massis suis. O. παντες μοιχευοντες. Ως κλιβανος καιομενος εις πεψιν — Punctum delendum. Nec *Arabs* nec Vatic. habet. Legerunt לאפה vel למאפה. Sic et Syrus: *ad coctionem.* E. απαντες εις το μοιχευειν εκπυρουμενοι, ως οπτανιον υπο του πεσσοντος. Deest בערה Sed forte verbum graecum excidit.

ישבות מעיר) Supple אשר. *Qui* desinit *excitans* i. e. excitare. Sic Luc. V, 4. επαυσατο λαλων. Eurip. in Hec. ου παυσομαι τας χαριτας μουσαις καταμιγνυς. O. κατακαυματος απο της φλογος. Barberin. κατακαυσει. Rescribendum καταπαυσει απο της φλογος. Pro מעיר legerunt מאור cf. Ezech. V, 2. aut מבער cf. Es. IV, 4. XL, 16. XLIV, 15. Vulg. legit העיר *ciuitas.* Syrus vt Ion. עיר similiter de vrbe intellexerunt: *migrabit ex vrbe.* Arabs ineptam lectionem κατακαυματος φλογος expressit.

מלוש בצק עד — חמצתו) Indicatur tempus, quo desinit furnarius excitare mulieres. "Von dem Knäten an, bis es durchsäuert ist„ i. e. *dasz er ihnen Zeit lasse, zum knäten und einsäuern.* O. απο φυρασεως

ϛεατος, εως του ζυμωθηναι αυτο. E. επαυσατο προς ολιγον η πολις του Φυραματος κοινωνιας, και μετα μικρόν πασα εζυμωθη, Lectionem hanc ante oculos habuiſſe videtur.

ישבות מעט הָעִיר מלוש חָבֵר
וְכִמְעַט תִּתְחַמֵּץ כֻּלָּהּ׃

Et hunc interpretem ſecutus eſt Vulgatae auctor: *quieuit paullulum ciuitas a commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum.* Et meo quidem iudicio maximam attentionem meretur haec lectio. Nam durus ſane eſt ſenſus lectionis vulgaris. Senſus contra aptiſſimus ex altera prodit: "inſano ſtudio feruntur in idololatriam, accenſi veluti furnus a piſtore. Vix enim ab iſto ſtudio paullulum diſceſſit ciuitas, mox denuo abripitur a libidinis impetu, et velut vno momento tota iterum immerſa eſt luto turpiſſimorum ſacrorum.„

v. 5. יום מלכנו) ſupple לאמר. יום h. l. *dies feſtus.* O. ημεραι των βασιλεων ημων. Leg. ימי מלכינו et Arabs leg. υμων.

החלו שרים חמת מיין) ante הח לו ſuppl. אשר; et חלה, ασθενειν h. l. eſt *ſuccumbere*, mentis non compotem eſſe. Porro חמת ſumendum pro מחמת. Nempe חמה eſt *aeſtus, Hitze, Erhizung — vom Wein.* Itaque ſenſus: dies — quo potulenti ſunt principes. Sed O. Syr. Vulg. legerunt הֵחֵלּוּ שרים חים מיין *coeperunt principes furere a vino.*

משך ידו) Repete באשר, *quo die:* et ידו refer ad מלכנו. *Protrahere manum*, eſt geſtus propinantium. "*Stöſt an und trinkt's ihnen zu.*„ O. εξετεινε την χειρα αυτου μετα λοιμων: recte: nam לצצים, alibi לצים, ſunt *leue conſortium: liederliche Kerls.* A. more ſuo, χλευαϛων. Arabs, μετα λοιμων reddit بغسّاله,

rescribendum: بِأَمْسِكَ *corruptoribus*: nam λοιμοι sunt, *qui mores aliorum corrumpunt*. Act. XXIV, 5.

v. 6. כי קרבו) כי *immo*. Pertinet oratio, vt v. 4. ad Israelitas. קרב לבו est *animum aduertere, intentum esse* h. l. *entbrannt, erpicht auf etwas seyn*: nam additur כתנור. O. ανεκαυθησαν. Sic Syrus. Nec credo eos aliter legisse.

בארבם) ארב *insidiari*. A. Σ. Θ. ενεδρευειν. Sensus: intenti sunt insidiis suis: "begierig *auf* einen *Fang*,, —— *auf jede Gelegenheit ihre geilen Lüste auszulassen*. O. εν τω καταρασσειν αυτους. Sic ed. Breiting. Sed Vatic. verba sequentia adiungit: εν τω καταρασσειν αυτους ολην την νυκτα; quod et Arabs fecit, qui vero pro καταρασσειν legit καταρασθαι, vertit enim: *dum tota nocte* يَلْعَنُونَ *maledicunt*. Verbum quidem لعن, quo vtitur, valet etiam *abigere, deturbare loco*, vt καταρασσειν, sed meam coniecturam iuuat hoc, quod notio *maledicendi* sit frequentior et, quod lectio בארים *in maledicere eorum* i. e. *cum maledicunt*, simillima sit lectioni בארבם, cum contra verbum hebraicum nullum extet, quod graece esset καταρασσειν, quodque cum ארב confundi potuisset; adeo vt καταρασθαι genuinam esse Alexandrinorum lectionem statuerem.

כל הלילה וגו׳) per totam noctem dormit furnarius eorum et mane ardet flammiuomus ignis. Nempe בער *flagrat* i. e. furnus eius ardet. Est vero locutio prouerbialis, quam sic applicare fas est: *intentionem* subito et inopinato, quasi dormire videretur, *sequitur executio vehementissima*. O. υπνου εφραιμ ενεπλυσθη. πρωι εγενηθη, ανεκαυθη ως πυρ φεγγος. Ar. και ανεκαυθη ως πυρος φεγγος. Etiam Vatic. πυρος habet. Lectio quam secuti sunt O. haec est:

יָשֵׁן אֹֽפֵהֶם בֹּקֶר הוּא בֹּעֵר

Syri contra haec:

אֲפִיהֶם וּבְבֻקָר הוּא בְּעַר כְּאַשׁ וְלַהְבָה

vertit enim: *tota nocte pacatus erat furor eorum, et mane ardebat vt ignis et flamma.* Lectionem אֲפִיהֶם tuetur etiam Ionathan. A. υπνωσεν ο πεσσων πρωιας, legit אֹפֶה sine suffixo.

v. 7. אכלו) אכל dicitur de *igne*, ita vt sit *adurere*. "*Sie steken auch ihre Obrigkeiten an.*„ Nam שפטים sunt *magistratus*. Et hi dicuntur se abripi pati ad idololatriam et scelera cum ea coniuncta. O. παντες εθερμανθησαν, ως κλιβανος πυρος καιομενου αι καρδιαι αυτων, και κατεφαγε πυρ τους κριτας αυτων. Contra editio Rom. sic habet: παντες εθ. ω. κλιβανος, και κατεφαγον τους κριτας αυτων. Mihi sic videtur. Textus hebr. olim variauit. Alii codices habebant כֻּלָּם, alii לִבָּם. Hinc factum est, vt aliquis in margine των O. ad voc. παντες sibi notaret lectionem alteram αι καρδιαι αυτων, quae deinde in textum irrepsit, adeo vt oriretur lectio: παντες εθ. ω. κ. καρδιαι αυτων. Mox alius ad marginem commatis praecedentis verbis ως πυρ φεγγος adscripserat aliam lectionem πυρος καιομενου: quae ipsa deinde vitiose huc translata est; adeo vt scriberetur παντες εθ. ω. κ. πυρος καιομ. α. κ. α. Porro, alii codices heb. ואכלו את—שפטיהם, alii ואכל אֵש שפטיהם. Hinc orta lectio: και κατεφαγε πυρ τους κριτας αυτων. Et libros των O. iam dudum variasse docet Arabs. Is vertit: *Incaluerunt corda eorum vt furnus omnium, et comederunt iudices suos*: legit ergo: εθερμανθησαν αι καρδιαι αυτων ως κλιβανος, και κατεφαγον τους κριτας αυτων. Illud vero "*omnium*„ credo recentius interpolatum ab aliquo, qui alteram lectionem (παντες, כלם) in margine deprehenderat.

נפלו) נפל cadere, h. l. *incidere in peccata, labi.* Sic πτωσις, *Sündenfall.* Et מלכים sunt h. l. *principes.* Denique קרא c. ב est *einem zurufen.* Sensus: nemo est qui eos reuocet ad me. Iam sequitur comminatio poenarum descriptis sceleribus.

v. 8. יתבולל *einmengen (Mehl)*: inde בליל *gemengt Futter.* Cum scriptor imaginibus a pistoribus petitis saepius vsus fuerit, non mirum videbitur lectoribus, Israelitas porro comparari cum massa, quam Deus perficere studuerat, sed sine operis successu. Iam se repetere velle ait, istud negotium et videre, an melior placentula eueniat. Nouum vero modum eum fore, vt farinam permisceat; an forsan per talem commistionem pistura perficiatur exoptatior. —— Innuitur vero tropice *exilium*, quod Israelitae experturi erant, vbi permiscendi erant cum Barbaris eo consilio, vt his calamitatibus emendentur. Iam addit rationem cur hoc remedio vsurus sit.

היה עגה) עגה est *panis subcineritius.* O. εγκρυφιας. Εγκρυφιας autem est αρτος εγκρυφος siue, vt Hesychius interpretatur, αρτου ειδος, ο εν σποδω γενομενος, τω (εν τω) μη ειναι κλιβανον. E. ως (sic legendum pro εως) εν σποδια πεσσομενος αρτος. Tales placentas oportebat vertere ita, vt plaga inferior et superior aeque bene coqueretur. Itaque sensus horum verborum is est: operam nauaui emendare Israelitas, sed negotium hoc successu caruit. Cur? Id docet comma sequens. Sed restat vt de versionibus videamus. O. εφραιμ εν τοις λαοις αυτου συνανεμιγνυτο, εφραιμ εγενετο εγκρυφιας, ου μεταστρεφομενος. Suspicor esse mendum in αυτου. Videtur αυτος legi debere, quod respondet τω הוא. Interim Ar. iam id mendum in suo codice habuit. Syrus: *Ephraim fuit placenta quae antequam cocta fuerit, comesta est.* Legit:

היה עגה בלי הפוכה אכלה

et ſubaudiuit ante בלי τό אשר "*quam* nondum ſubuerſam (i. e. *coctam*, niſi diceres eum pro הפוכה legiſſe אפויה participium Paul ab אפה coxit, quo verbo ipſe vtitur:) *comedit* i. e. quae —— comeſta eſt." Et vnde illud אכלה venerit, facillimum eſt diuinare. Comma ſequens incipit verbo אכלו. Hoc aliquis oſcitanter bis ſcripſerat. Mox naſutior voluit id corrigere et fecit

כאכלה כן אכלו זרים

hoc ſenſu: *ſecundum edere eam ita comedunt alieni*: i. e. wie man ihn genieſſen wollte, fraſſen ihn Fremde weg. Mox periit כ in כאכלה. Et mox אכלה ad comma praecedens tralatum. Hinc factum, vt Syrus comma nonum verbis "*ita comederunt alieni*" inchoet, ſeruata lectione כן אכלו.

v. 9. אכלו זרים כחו) Rationem ſubdit, cur piſtura deperdita fuerit: quia peregrini partes maſſae optimas abſtulerint. Nam כח de placenta dictum, notat ea, quae a piſtore maſſae immiſcentur, vt placenta delicatior euadat v. c. aromata, butyrum, oua, mel etc. Senſus: coniunctiones cum gentibus Barbaris effecerunt, vt Iſraelitas emendandi ſtudium caſſum eſſet.

גם—שיבה זרקה בו) זרקה *ſparſit* ſe. Kal pro Hithpael. VVLG. *cani effuſi ſunt in eo;* forſan lectione זֹרְקוּ in Pual, vſus. O. και πολιαι εξηνθησαν αυτων. Mendum eſt αυτων. Rectius Vatic. αυτω, vt et ARABS. Caeterum vt VVLG. זרקו vel adeo פרחו legerunt. Certe פרח ſolent per εξανθεω reddere. Et huic lectioni etiam SYRVS fauet. E και ταυτα πολιος ετι τυγχανων. Senſum voluit exprimere.

v. 10. וענה) vid. quae diximus ad V, 5.

בכל זאת) *bey alle dem.* SYRVS haec verba omiſit. Caeterum illud שבו O. redd. επεστρεψαν et E. μετενοησαν, ex quo intelligis cur in N. T. μετανοειν non

de *contritione*, sed de vniuersa mentis et vitae emendatione intelligi oporteat.

v. 11. כיונה פותה) פתה, θελγειν, *loken*. A. Θελγομενη, Σ. απατωμενη, *decepta*, i. e. quae facile decipi potest — *einfältig*. O. ανους, *unklug*: i. q. mox אין לב. Nam Hebraeis *cor* sedes *sapientiae* esse fingitur. Hinc *cor* in *dextra* vel *sinistra* habere dicunt.

קראו) ad קרא subaudi אל; tum valet, auxilium implorare. Idem ad הלך subaudiendum. Nam הלך c. אל, *zu einem laufen* est, *opem petere*. O. εις ασσυριους pro προς. Etiam SYRVS et ION. ל supplent. Posterior pro קראו legit קרבו *appropinquarunt*, sensu tamen eodem. Nam et קרב de imploratione auxilii dicitur. Et si optio mihi daretur, elegantiorem lectionem, קרבו praeferrem.

v. 12. כאשר) O. eleg. καθως αν — *so wie sie* — ION. et SYR. videntur לאשר legisse: "quocunque abierint."

כעוף) SYRVS וכעוף.

איסירם כשמע לערתם) *castigabo eos secundum auditum coetus sui*: i. e. poenas istas inferam, quas in Synagogis suis saepe audiuerunt descriptas a prophetis, cum eorum libri praelegerentur. A. κατ' ακοης της συναγωγης. Σ. κατ' ακοης της μαρτυριας, legit לְעֵדוּתָם. Sic et SYRVS. O. εν τη ακοη της θλιψεως αυτων, leg. לצרתם aut לרעתם. Ion. *consiliis* suis, leg. לעצתם.

v. 13. שד להם) a שדד. A. προνομη, *Ausfuragirung*. E. εκπορθησονται, *deuastabuntur*. Solet hicce interpres saepe sensum magis sequi, quam verba. O. δειλαιοι εισιν, *miseri sunt* (erunt.) Sic leg. cum Vatic. et sic etiam Nah. III, 7. Θ. *miseria*. Σ. διαφθορα. SYRVS, *adducam malum super ipsos*, ac si esset שד אביא עליהם.

פשעו) ασεβειν.

ואנכי אפדם) *equidem liberaui eos* i. e. ego quidem saepe ab hostium inuasionibus aliisque calamitatibus liberaui „ cum viderem eos fletu et precibus meum auxilium exposcere nouamque obedientiam promittere; verum semper me deceperunt fidemque datam fefellerunt. O. εγω δε ελυτρωσαμην αυτους. Sic et in N. T. δε saepe *quidem* valet. Et λυτροω, *libero*, sine respectu ad pretium quoddam, quo quid redimitur.

ורמה וגו') O. αυτοι δε — et דבר על פלני כזב est, *spem fallere, decipere.*

v. 14. ולא זעקו אלי) *neque adeo* — זעק c. אל, i. q. קרא c. אל. vid. v. 11.

בלבם) *aufrichtig.* Opponitur hypocrisi. O. και ουκ εβοησαν προς με αι καρδιαι αυτων, ac si esset לבם sine ב; inepte.

כי יילילו) כי *verum* — praecedente negatione. A. Σ. O. αλλ'. Et ילל primum dictum est de amantibus, qui prae cupiditate macerante *ingemiscunt.* Hinc A. ασελγως ελαλησαν. Σ. εχρεμετησαν, quod de equis hinnientibus adhibetur. Deinde dici coeptum est de quouis *eiulatu.* O. ωλολυζον. Verba על — משכבותם valent, *vehementer, continuo.* Caeterum delendus Athnachus sic, vt verba על — דגן ותירוש ad יילילו referantur. Sic Ion. et Syrvs. Sensus: meum fauorem non serio expetunt: sed solliciti modo sunt de bonis diuitiisque suis. Haec si possent reparare, Iouam nil curarent. De his solis deliberant, et sic, vt me omnino negligant; vt auxilia potius a Barbaris quam a deo suo obtinere studeant. Nam התגורר a גור esse *congregare,* vel religionis causa, vel consultandi ergo. *Sie rathschlagen — weichen von mir.* „ Consultant de malis auertendis, bonisque deperditis recuperandis ita, vt me deferant. Vvlg. *ruminabant* a גרר. Sic et E. de ruminatione intellexit sensumque hoc modo expressit υπο τροφης και πλησ-

μονης σιτου και οινου. Nempe ruminationem de voluptate et abundantia interpretatus eſt. Syrus: *ſolliciti:* nam גור etiam de timore et ſollicitudine dicitur. O. κατετεμνοντο ducto verbo a גרר *ſecare.* Ion. *quae collegerunt;* ſubaudiuit poſt דגן ותירוש το אשר. Sed verba יסורו בי O. ad comma ſequens transtulerunt, de quo mox.

v. 15. ואני יסרתי חזקתי) Dathius eleganter: *ſiue punirem eos, ſiue iuuarem,* etc. Vulg *erudiui eos,* ac ſi legiſſet יסרתים. Sic fere Ionathan. Sed O. Επαιδευθησαν εν εμοι, και εγω κατισχυσα τους βραχιωνας αυτων. Ego ſic ſtatuo de hac verſione. Verba vltima commatis praecedentis יסורו בי legerunt ſic: יִסְּרוּ בִי et reddiderunt επαιδευθησαν εν εμοι. Deinde verba huius commatis ואני יסרתי reddiderunt και επαιδευσα. Poſt librarius oculi lapſu ea omiſit. Falſam lectionem Arabs etiam habuit. Sed in Barberino, Montefalconio teſte, verba επαιδευθησαν εν εμοι habentur ad finem verſus praecedentis. Quare iure prope meo ſtatuerem verſum hunc ſic reſcribendum eſſe: και εγω επαιδευσα (και) κατισχυσα τους βραχιονας αυτων.

ואלי וגו׳) ו verum, tamen — חשב אל פְּלֹנִי רע *cogitare contra aliquem malum* eſt, conſilia mala contra aliquem capere. Nam Hebraei *cogitationes* dicunt pro *decretis* et *conſiliis.* Et conſilia mala h. l. ſunt talia, quibus a Deo vero abſtraherentur.

v. 16. ישובו לא על) Primum לא poſitum pro ללא, quod agnouerunt veteres interpretes omnes. Deinde על legendum עֹל, *iugum.* Sic Vulg. *reuerſi ſunt, vt eſſent absque iugo:* et hoc Ionathan ſic interpretatus eſt: *auerſi ſunt vt deficerent a lege mea:* nam *iugum* trop. *leges* notat. Σ. ανεστρεψαν εις το μη εχειν ζυγον. E. απεστησαν ινα διαγωσιν ανευ ζυγου. O. απεστραφησαν εις ουθεν; leg. לא לבל vt Ierem.

XIII, 7. 10. qua permutatione intelligis quam recte se habeat sententia eorum, qui ע pronunciatum olim fuisse dicunt vt K mollissimum cum roncho. Syrus על substantiue intellexit de *causa*, quae notio olim in vsu fuisse videtur: nam עלל apud Chald. Syros et Arabes est *causare, efficere*: vertit: *auertunt se nulla de causa.*

מזעם לשונם) ל et h. l. genitiuum facit. Lingua indignationis est, lingua indignatione digna. *Ein schändliches, böses Maul.* Et ב valet propter, hinc O. δια απαιδευσιαν γλωσσης αυτων A. Σ. δι' εμβριμησιν. E. δια μανιαν. Vvlg. *propter furorem.* Lectores attenti animaduertent, Vvlg. sequi fere vbique hunc interpretem. Et haec obseruatio Criticum iuuat, me non monente. —— Caeterum supponendum est, istos homines in consultationibus suis impie locutos esse contra Iouam et suasisse auxilia aliena.

זו לעגם) Positum poetice pro זו לעג להם *hoc irrisioni ipsis erit in Aegypto.* Iudaeorum enim multi, teste Ieremia, in Aegyptum confugerunt, ibique misere perierunt (vid. Hos. IX, 6.) adeo vt Aegyptii riderent inepta horum hominum consilia. Sed Syrvs vertit: *haec erit implicatio eorum, quae in terra Aegypti.* Legit לעזם, nam לעז est *lingua barbara loqui*, quam alii non intelligunt. Inde nomen לעז ductum videtur, dictumque de quauis re implicata et aenigmatica, vt Syrorum ܒܥܘܠܠܐ, quo h. l. Syrvs vtitur. Ion. *ista erant opera eorum dum essent in terra Aegypti*, ac si esset עבדיהם *opera eorum*, vt Eccles. IX, 1. Sic fere Σ. τουτο εστιν ο εφθεγξαντο εν Αιγυπτω. Nam φθεγγεσθαι est non modo loqui, meditari, sed et factis exprimere. E. αυτην εβλασφημησαν ac si esset לעג.

SECTIO QVARTA.

Cap. VIII.

1. אל — חכך שפר) Admoue buccis tuis tubam! O. εις κολπον αυτων, ως γη, ως αετος επ᾽ οικον κυριου. Legerunt sic:

אל חקם כעפר כנשר וגו׳

quae menda etiam Arabs expressit. Syrus: *os tuum vt buccina* (sit) legit, חכך כשפר. Reliqui interpretes lectioni nostrae fauent. A. Σ. Θ. *in gutture tuo sit tuba*, vertunt, teste Hieronymo.

כנשר) Subaudi בא אויב *hostis irruit*. Docet hoc vocabulum שפר, nam tuba canere solebant, vt supra dictum est, cum de aduentante hoste ciues monendi essent.

תורתי) Vides ברית et תורה synonymice dici de *institutis* diuinis. Ergo desere tandem lector ineptam *foederis* notionem.

v. 2. ידענוך) *o Deus mi, nouimus te Israel.* Modus loquendi est contra analogiam, adeo vt suspicer, textum non esse sanum. Certe iam antiquissimis temporibus lectio variauit. Syrus *ad me clamant et dicunt: nouimus te Deus noster:* legit אלהינו et ישראל omisit. Praeterea post לי habuisse videtur ויאמרו. O. εμε κεκραξονται. ο θεος, εγνωκαμεν σε; ac si esset: יזעקוני אלהים ידענוך. Mihi videtur ישראל suo loco non stare. Lectio genuina sine dubio haec est: לי יזעקו אלהי ישראל ידענוך *ad me clamant: o Deus Israelitarum! nouimus te:* scimus, te esse Deum nostrum. Iam sequitur refutatio huius formulae.

v. 3. טוב) Deus O. M. — Luc. XVIII, 19.

אויב) רדף est *sectari* et אויב sunt *auxilia hostium* i. e. Aegyptiorum, Assyriorum etc. Ion. et Syr.

hostis persequetur eos, leg. ירדפים. Vvlg. *inimicus persequetur eum:* habuit suffixum singulare.

v. 4. המליכו) O. εβασιλευσαν, regem *creant.* Intellige Ierobeamum et reliquos. Nam non ex Dei decreto facta erat separatio ista regni Israelitici.

לא ידעתי) *me non probante.* O. και ουκ εγνωρισαν μοι. Ed. Breit. haec sequentibus annectit. Sed ed. Rom. punctum habet. Caeterum non crederem eos aliter legisse, sed sensum modo expressisse, nisi et Syrvs lectioni הודיעני faueret.

עצבים) *dolores* i. e. *idola.* O. ειδωλα. *Argentum* —— *facere idola* i. e. *ex argento* etc. vt Ion. explicauit.

יכרת) Si lectionem hanc defendere velles, referenda esset ad *vitulum*, qui versu seq. commemoratur. Sed cum durum hoc sit, veteresque interpretes *omnes* יכרתו legerint, ego quidem textus emendationem suaderem.

זנח עגלך שמרון) Dathius cum aliis sanioribus interpretibus agnoscit textum aegrotantem. Sed medelam attulit parum commodam. Veteres ait, nil habere, quod probari posset. Et mihi Syrvs et Ion. optimam lectionem prodere videntur. Prior sic reddit: *errauerunt ob vitulum tuum o Samaria*: posterior sic: *errauerunt ob vitulum Samariae.* Vterque legit שנחו et ad עגלך habuerunt ב, modo posterior pro בעגלך expressit בעגלת. Vera itaque lectio haec est: זנחו בעגלת שמרון. Nempe זנחו intelligendum vt v. 3. *deserere, deficere*, adeo vt sensus sit: *defecerunt ob vitulum* (i. e. cultum vitulorum) *Samariae, ideo* (hoc *ideo* Syrvs supplet) *exarsit ira mea in eos.* Et illud בם omnino tuetur το זנחו. Σ. απεβληθη leg. זנוח transpositis ו et ח. A. αποθησον. O. αποτριψαι, (mel. al. αποῤῥιψον) leg. זְנַח. Sensus lectionis vulgaris esset:

dein Kalb o Samaria wird davon laufen. Eandem fere ſententiam vid. Cor. Sur. XVI, 89.

עד מתי לא יוכלו נקיון) יכל *gewachſen ſeyn*, einer Sache. Pſ. CXXXIX, 6. 1 Corinth. III, 2. נקיון *Schuldloſigkeit*, innocentia. "Quousque emendationi vitae morumque impares erunt?„ O. εως τινος ου μη δυνωνται καθαρισθηναι εν τω Ισραηλ. Sic et Arabs: ac ſi verba commatis ſequentis כי מישראל in fine huius habuerint, lectione hac: בישראל.

v. 6. כי מישראל) מ eodem ſenſu quo v. 4. in ממני "Iſrael ſibi fecit tales deos.„ Caeterum reſcribendum eſt כי מישראל הוא, *nam ex Iſrael eſt.* Etenim vſus loquendi hoc poſtulat et veteres confirmant. SYRVS certe et ION. ſic legerunt. Et VVLG. *quia ex Iſrael et ipſe eſt:* vbi *et* interpolatum eſſe ſuſpicor ab eo, qui ad lectionem והוא vellet emendare verſionem latinam.

חרש) τεκτων, *faber* et *artifex* omnis generis.

כי שבבים) כי O. rectiſſime διοτι. Et שבבים ſunt pr. *ſubtilitates*, Stükgen, *Fädgen.* Ar. شق *ſubtilis, tenuis fuit.* Hinc שביב Iob. XVIII, 5. de ſcintilla ignis. Ignotus interpres apud Montefalconium: παραπλησιως τω της αραχνης ιςω *quemadmodum aranearum tela.* Suſpicor haec verba eſſe e verſione quinta quam ſequi ſolet VVLG. quamque et h. l. expreſſit, verbis: *in aranearum telas erit vitulus Samariae.* ION. *in minuta tabularum.* Sed O. Θ. πλανων. Σ. ακαταςατων. E. ρεμβευων, eſt forte e verſione ſexta. Hi interpretes שבב de *errore, inſtabilitate* et *ſeductione* acceperunt, quae notiones ſane in vſu olim fuerunt. Confer Eſ. XLVII, 10. Ier. L, 6. ibique compara verſiones, et videbis, quod שבב proprie ſignificet *frangere*, deinde, *diſſipare fragmenta*, mox *huc illuc vagari, errare, ſeducere* etc. Caeterum O. et *Syrus* leg. עגלך, *vitulus tuus.*

v. 7. כי רוח וגו׳) Eſt prouerbium, quod de iis dicitur, qui vano labore ſibi damnum parant. Ion. *turbo demetit* leg. יקצר. O. οτι ανεμοφθορα (Vatic. ανεμοφθορια) εσπειραν, και η καταςροφη αυτων εδεξεται αυτα. Voce ανεμοφθορια vtuntur alibi, vbi in Hebraeo eſt ירקון vel שדפון, et Gen. XLI, 7. 27. שדופית קדים *auro aduſta* reddunt ανεμοφθορα. Itaque h. l. ſenſum exprimere voluerunt aut per ανεμοφθορα ipſos ventos pernicioſos intellexerunt. Sic certe Arabs: رِيْحًا فَاسِدَة, *ventum pernicioſum* ſeminaverunt. Caeterum pro כופתה יקצרו legiſſe videntur סופתם יקבצם.

קמה אין — לו) aliud prouerbium. "Culmus ſtans non erit illi.„ *Er wird nicht einmal die ſtehenden Stengel erleben, geſchweige die Erndte.* Ne initia quidem votorum videbit, nedum finem.

צמח בלי יעשה — קמח) tertium in gradatione prouerbium. "*Der grüne Stengel wird kein Mehl machen* i. e. *zur Reife kommen.* Ion. *prouentum non faciet.* Verbum צמח non expreſſit. O. haec prouerbia contraxerunt hoc modo: δραγμα ουκ εχον ισχυν του ποιησαι αλευρον, vſi lectione hac:

קמה אין לו עצמה לעשות קמח

manipulus, (ſic το קמה interpretati ſunt) *non illi robur, ad faciendam farinam.*

אולי) Addit prouerbio epicriſin. *Et ſi forte* darent ſpicae farinam, *alieni deglutient eam.* O. εαν δε και ποιηση, αλλοτριοι καταφαγονται αυτο.

v. 8. נבלע) immo deuorabuntur Iſraelitae. Ion. eleganter: אתבזיז, *wird ausgeplündert werden.*

ככלי וגו׳) O. ως σκευος αχρηςον Rom. IX, 21. "*Gefäſs das man nicht mehr* (חפץ) *mag*„ Vvlg. *immundum*.

v. 9. פרא בודד לו) onager solitarius sibi. Redundat לו vt Es. XXXI, 8. Amos II, 13. Sed haec verba ab aliis referuntur ad אשור, hoc sensu: *abeunt ad Assyrios, onagros solitarios:* i. e. in regionibus desolatis et incultis Assyriorum exules erunt. DATHIVS: ad Assyrios qui sua tantum curant. Alii vero referunt ad אפרים, deleto Athnacho. Tum sensus esset: *Ab Assyriis auxilia petunt. Sunt enim Ephraimitae vt onager solitarius:* wie ein schüchterner Waldesel: qua imagine notatur is, qui a se solo pendet, nec aliorum audit consilia. Hoc mihi placet. Et interpretes graeci haec verba eodem modo connectenda esse existimarunt. A. *οναγρος μοναζων εαυτω* Εφραιμ. Θ. — *καθ' εαυτον* — E. *ως οναγρος μοναζων καθ' εαυτον διαιτωμενος.* Subest error in collectionibus fragmentorum Hexaplarium. Manifeste coaluerunt verba duorum interpretum. Alius בודד לו reddiderat *μοναζων καθ' εαυτον* vel adeo simpliciter: *μοναζων*: alius *καθ' εαυτον διαιτωμενος.* Sed Σ. *και ουκ ανεθαλλεν εν εμοι* Εφραιμ. Legit ולא פרח בי אפרים. Hoc sensu: *nec per me beatus esse cupit.* O. *ανεθαλε καθ' εαυτον* Εφραιμ. Legit: פרח בודד לו אפרים. Hoc sensu: *per se solum florere cupit Ephraim,* nec opem meam desiderat. Posterior lectio digna est, quae curatius penderetur et cum codicibus MSc. comparetur.

התנו) *mercede meretricia conducunt amasios suos.* Tributa vero, quae soluebantur Barbaris, et quibus auxilia sibi mittenda stipulauerant, cum mercede meretricia comparantur, quia tale consilium erat perfidia in Deum, tanquam dominum (maritum) Iudaeae. O. *δωρα ηγαπησεν.* Rectius Vatic. *ηγαπησαν.* Sic et ARABS. Legerunt אֶתְנָה אהבו. SYRVS: singularem habet: "*dilexit.*"

v. 10. גם כי) *etiamsi.* E. *αλλα και οταν μισθωσηται εθνη, ευθεως περιστοιχειουμαι αυτος,* *etsi condu-*

v. 7. כי רוח וגו׳) Eſt prouerbium, quod de iis dicitur, qui vano labore ſibi damnum parant. Ion. *turbo demetit* leg. יקצר. O. οτι ανεμοφθορα (Vatic. ανεμοφθορια) εσπειραν, και η καταςροφη αυτων εδεξεται αυτα. Voce ανεμοφθορια vtuntur alibi, vbi in Hebraeo eſt ירקון vel שרפון, et Gen. XLI, 7. 27. שדופית קדים *auro aduſta* reddunt ανεμοφθορα. Itaque h. l. ſenſum exprimere voluerunt aut per ανεμοφθορα ipſos ventos pernicioſos intellexerunt. Sic certe Arabs: رِيحًا فَاسِدَة, *ventum pernicioſum* ſeminaverunt. Caeterum pro סופתה יקצרו legiſſe videntur סופתם יקבצם.

קמה אין—לו) aliud prouerbium. "Culmus ſtans non erit illi." *Er wird nicht einmal die ſtehenden Stengel erleben, geſchweige die Erndte.* Ne initia quidem votorum videbit, nedum finem.

צמח בלי יעשה—קמח) tertium in gradatione prouerbium. "*Der grüne Stengel wird kein Mehl machen* i. e. *zur Reiſe kommen.* Ion. *prouentum non faciet.* Verbum צמח non expreſſit. O. haec prouerbia contraxerunt hoc modo: δραγμα ουκ εχον ισχυν του ποιησαι αλευρον, vſi lectione hac:

קמה אין לו עצמה לעשות קמח

manipulus, (ſic το קמה interpretati ſunt) *non illi robur, ad faciendam farinam.*

אולי) Addit prouerbio epicriſin. *Et ſi forte* darent ſpicae farinam, *alieni deglutient eam.* O. εαν δε και ποιηση, αλλοτριοι καταφαγονται αυτο.

v. 8. נבלע) immo deuorabuntur Iſraelitae. Ion. eleganter: אתבזיז, *wird ausgeplündert werden.*

ככלי וגו׳) O. ως σκευος αχρηςον Rom. IX, 21. "*Gefäſs das man nicht mehr* (חפץ) *mag*" Vvlg. *immundum.*

v. 9. פרא בודד לו) onager ſolitarius ſibi. Redundat לו vt Eſ. XXXI, 8. Amos II, 13. Sed haec verba ab aliis referuntur ad אשור, hoc ſenſu: *abeunt ad Aſſyrios, onagros ſolitarios:* i. e. in regionibus deſolatis et incultis Aſſyriorum exules erunt. Dathius: ad Aſſyrios qui ſua tantum curant. Alii vero referunt ad אפרים, deleto Athnacho. Tum ſenſus eſſet: *Ab Aſſyriis auxilia petunt. Sunt enim Ephraimitae vt onager ſolitarius:* wie ein ſchüchterner Waldeſel: qua imagine notatur is, qui a ſe ſolo pendet, nec aliorum audit conſilia. Hoc mihi placet. Et interpretes graeci haec verba eodem modo connectenda eſſe exiſtimarunt. A. *οναγρος μοναζων εαυτω Εφραιμ.* Θ. — *καθ' εαυτον* — E. *ως οναγρος μοναζων καθ' εαυτον διαιτωμενος.* Subeſt error in collectionibus fragmentorum Hexaplarium. Manifeſte coaluerunt verba duorum interpretum. Alius בודד לו reddiderat *μοναζων καθ' εαυτον* vel adeo ſimpliciter: *μοναζων*: alius *καθ' εαυτον διαιτωμενος.* Sed Σ. *και ουκ ανεθαλλεν εν εμοι Εφραιμ.* Legit ולא פרח בי אפרים. Hoc ſenſu: *nec per me beatus eſſe cupit.* O. *ανεθαλε καθ' εαυτον Εφραιμ.* Legit: פרח בודד לו אפרים. Hoc ſenſu: *per ſe ſolum florere cupit Ephraim*, nec opem meam deſiderat. Poſterior lectio digna eſt, quae curatius ponderetur et cum codicibus MSc. comparetur.

התנו) *mercede meretricia conducunt amaſios ſuos.* Tributa vero, quae ſoluebantur Barbaris, et quibus auxilia ſibi mittenda ſtipulauerant, cum mercede meretricia comparantur, quia tale conſilium erat perfidia in Deum, tanquam dominum (maritum) Iudaeae. O. *δωρα ηγαπησεν.* Rectius Vatic. *ηγαπησαν.* Sic et Arabs. Legerunt אֶתְנָה אהבו. Syrus: ſingularem habet: "*dilexit.*„

v. 10. גם כי) *etiamſi.* E. *αλλα και οταν μισθωσηται εθνη, ευθεως περιστοιχειουμαι αυτος, etſi condu-*

xerint gentes, mox tamen eos in angustias redigam. Et קבץ non modo valet *colligere* sed etiam, et hoc ipso quidem loco, *coarctare*, *in die Enge treiben.* O. *δια τουτο παρεδοθησαν εν τοις εθνεσι.* Rectius Vatic. et Arabs: *παραδοθησονται.* Leg. נתנו. Syrus: *quamvis tradantur inter gentes.* Melius quidem vertit το גם כי, attamen et ipse legit נתנו.

ויחלו) Ego a חול *dolere, trepidare.* Id postulat notio *coarctandi*, quae praecessit. Construitur autem חול cum מ obiecti, vid. Ier. LIII, 5. Ioel. II, 6. A. *λιτανευσουσιν ολιγον απο αρματος*: *supplices preces aliquandiu fundent* etc. *Sie sollen eine Zeitlang seufzen unter der Last.* Intellige משא de tributis similibusque oneribus: vid. 2 Regg. XV, 19. Et מלך שרים est *rex, imperator.* Nam מלך quemuis principem, vel minimum notat. Sed addito שרים, *rex* indicatur cui plures Satrapae subsunt. A. O. Vulg. Syr. Ion. legerunt מלך ושרים. Sed notandae sunt aliae praeterea varietates. O. *και κοπασουσι του χριειν βασιλεα και αρχοντας.* Vatic. *κοπασουσι μικρον.* Sic et Arabs. Θ. *και διαλειψουσι του χριειν.* Legerunt sic.

ויחדלו מעט ממשח מלך ושרים

Sensu hoc: *desinent sibi reges creare*; cf. v. 4. Σ. *και μενουσιν βραχει απο φοβου βασιλεων και διαλειψουσι χριειν.* Duplex mendum. Primum quidem *φορου* rescribendum pro *φοβου*, deinde *και διαλ. χρ.* omnino delendum: sunt enim verba Theodotionis. Caeterum Σ. vt O. et Θ. יחלו duxit a יחל *expectare, morari.* Symmachum Syrus et Vulg. omnino sequuntur: *et quiescent paulisper ab onere* etc.

v. 11. מזבחות לחטא) Pro לחטא rescribe לחתו a חתת *perire.* Nam 1) miserrima esset tautologia: multiplicauit ad *peccandum*, erunt ad *peccandum.* 2) Quiuis ingenii orientalis peritus sua sponte lecto והיו — expectabit lusum eiusmodi, qualis oritur per verbum לחתו. 3) Ion. in suo codice hanc ipsam lectionem

habuit, vertit enim: *erunt* —— *in ruinam.* Eſt ergo lectio antiquiſſima." Syrvs vidit incommoda vulgaris lectionis, et ad tautologiam euitandam alterum לחטא reddidit, *peccatum magnum* i. e. *apoſtaſiam.* O. εγενοντο αυτω θυσιαςηρια ηγαπημενα. Mendum ineſt. Videtur aliquis in Vvlg. legiſſe *dilecta* pro *delicta*, quod olim forſan extabat pro *delictum*, et inde illud ηγαπημενα inſeruiſſe.

v. 12. אכתוב־לו רבו תורתי) Ineptiae Maſorethicae delendae ſunt. Reſcribo אכתב et רבי. Lectio vitioſa רבו orta eſt e ſcriptione continua, vitioſa tamen, (quam ſecuti ſunt O. qui vertunt πληθος και το νομημα μου,) ſcilicet hac: רבותורתי quam O. ſic leg. רֹב וְתורתי alii ſic רבו תורתי. Et lectio iſta, *multitudo et lex mea* poſſet ſenſum habere hunc, *multae leges meae*„ vt χαρις και αποςολη *munus et apoſtolatus*, pro *munus apoſtolicum.* Sic intellexerunt Σ. πληθος νομων μου, et A. πληθυνομενους νομους, et Vvlg. *multiplices leges meas.* Sic fere Ion. et Syrvs. Si vero legis רַבִּי intelligenda ſunt μεγαλεια (Act. II, 11.) *magnitudo excellentia*, h. l. *pompa.* Senſus: pompam religionis deſcriptam tenent, verum etc. O. καταγραψω αυτω πληθος και τα νομιμα αυτου, εις αλλοτρια ελογισθησαν θυσιαςηρια τα ηγαπημενα. Editio Rom. comma habet alterum ad αυτω et alterum ad ελογισθησαν. Sic et Arabs, qui θυσιαςηρια ηγαπημενα ad verſum ſeq. refert. Sed nullus dubito quin Alexandrini verba זבחי הבהבי vere ad hunc verſum transtulerint. Arabs praeterea pro καταγραψω legit καταραξω, vertit enim أَنُوعُ *concutiam.* Caeterum O. pro תורתי leg. תורתו.

כמו־זר נחשבו) זר eſt, *was mich nichts angeht*, *ausländiſch.* Niſi velis זבחי הבהבי huc translocare, legendum eſt נחשבים. Syrvs legit נחשבם in ſin-

gulari: *reputauit eas.* Reperies quidem post verba ܢܚܫܒ ܐܢܝܢ *reputauit eas*, ܠܡܠܠܝ *verba mea*, sed interpolationem e glossa ortam facile agnosces.

v. 13. זבחי הבהבי) *sacrificia mihi* destinata s. *donata* —— quod attinet: —— a יהב *dedit.* Sed iterum fateor, durissimum esse h. l. accusatiuum hunc qualitatis, longeque aptiorem sensum prodire, si haec verba ad comma praecedens referantur.

יזבחו) Si sequeris lectionem των O. haec verba conditionate sunt accipienda ita, vt prothesin efficiant. O. διοτι εαν θυσωσι θυσιαν και φαγωσι κρεα, κυριος ου προσδεξεται αυτα. Κρεα est glossa eius qui desiderabat בשר, quam tamen per θυσιαν expresserant. Et vides inde, בשר dici de *victimis.* Denique φαγειν θυσιαν est: *die Opfermahlzeit halten.* Sed videamus de versionibus reliquis. VVLG. *hostias offerent, immolabunt carnes et comedent.* Omissum est הבהבי. SYRVS legit

זבחי הבהב יזבחו ובשר יאכלו.

Nempe הבהב est quasi *cedo, cedo!* Ergo *sacrificia, cedo cedo!* sunt fere talia, ad quae offerenda se mutuo excitant. Hinc O. ηγαπημενα. A. θυσιας φερε φερε θυσιαζουσιν. Σ. θυσιας επαλληλους θυσιαζουσιν. Θ. θυσιας μεταφορων εθυσιασαν. Videntur omnes יהבהב expressisse. Et eandem lectionem puto innui paraphrasi ION. qui vertit: *sacrificant quae ex rapina colligunt, mactant carnes et vescuntur.*

לא רצם) poët. pro רצה בם. Sic in N. T. θελειν εν τινι, *approbare, delectari, beniuole excipere.*

המה) Rescribe המה. O. αυτοι δε. SYRVS *et ipsi.* Sed Vatic. et AR. δε non habent.

ישובו) Vid. 2 Regg. XVII, 4. O. —— εις Αιγυπτον απεστρεψαν, και εν Ασσυριοις ακαθαρτα φαγονται. Addunt verba: ובאשור טמא יאכלו, quae

vide Cap. IX, 3. Et forte h. l. ſunt reſcribenda. Etiam Vatic. et Ar. ea habent.

v. 14. וישכח) ו *nam*, et שכח, *negligere*, *deſerere.* Syrus omiſit το ו.

את־עשהו) עשה *creare*, *formare* — ποιητης, ποιησας — ποιημα Eph. II, 10.

היכלות) — *palatia* — *delubra.* Ego prius h. l. praefero 1) quia ſequuntur *caſtella*, ita vt alterum ad magnificentiam, alterum ad ſecuritatem pertineat: 2) quia pro היכלות poſtea ponuntur ארמנות. — Veteres, *delubra.* O. ωκοδομησαν τεμενη. Eſt autem τεμενος *agri portio Deo dicata*, dein de ipſo *templo* dictum eſt. Hinc Arabs, *templa.*

IX, 1. אל גיל אל) *iuxta exſultationem.* Sic Iob. III, 22. Barbari *ſaltabant* circa aras deorum. Veteres vero omnes וְאַל גיל כעמים legerunt. Certe in noſtra lectione το כ in כעמים contra analogiam eſt.

כי זנית) Freue dich nicht zu ſehr *über* deinen Abfall von Gott: i. e. *bey deiner Abgötterey.* Nam זנית מעל יהוה eſt deficere a Ioua et tranſire ad cultum deaſtrorum. *Syrus* vertit ܕܛܥܝܬܝ *quod aberraueris.* Videtur כי זנחת legiſſe. Certe Cap. VIII, 3. זנח eodem verbo reddiderat. Sic et Ionathan.

אהבת אתנן) repete כי: et אתנן proprie *captura* eſt, quod Seneca vocat, h. l. id quod idolis offertur de frugibus, quas diis acceptas referebant. "Freue dich nicht zu ſehr darüber, *daſz du dich ſo delectiren kannſt an deinem Hurenlohn, davon deine Korntennen voll ſind.*"

על כל) ſupple אשר et refer ad אתנן. Syrus videtur מכל legiſſe: (*ex omnibus areis*) et דגן omiſiſſe, quae etiam oſcitantia facillime committi poterat, cum גרן ſequatur poſt דגן, adeo vt oculus lectoris a גרנות ad גרן iuſto citius delapſus ſit.

v. 2. גרן ויקב לא ירעם) *Tenne und Kelter* i. e. *was drauf ist* — frumenta scilicet et vina. רעות pascere h. l. *sättigen*. Hinc *Syrus* שבע habet: reddit: *et ex area et e torculari non saturabuntur*. Litteram non secutus est, sed sensum, opinor, exprimere voluit. Sic et Ion. modo quod is copulam in initio commatis non habeat. O. *αλων και ληνος ουκ εγνω αυτους*. Leg. ידעם, inepte.

ותירוש יכחש בה) Duplex mendum adest. Primum quidem rescribo cum Houbigantio, Lilienthalio et interpretibus veteribus בם pro בה, quod et suffixum praecedens postulat. Deinde pro ותירוש legendum puto יצהר *oleum*. Solus quidem Syrvs genuinam hanc lectionem seruauit, sed Analogia eam postulat. In omnibus locis, vbi frugum et prouentuum species enumerantur, mentio fit frumenti, vini et olei. Cumque in membro priori frumentum et vinum, scriptor commemorauerit, non dubito, quin in secundo tertiam speciem, *oleum* scilicet, laudauerit. Caeterum *mentiri alicui* est, *spem fallere*. Dicitur de eo quod habeo, et quo tamen frui nequeo. Sic Habac. III, 17. Es. LVIII, 11. Horat. 3. Carm. *fundus mendax*.

v. 3. לא ישבו) ישב *esse, versari, manere, commorari*.

ושב) ו *sed*. Sic Syrvs. — Narrat Ieremias tempore belli Assyriaci multos in Aegyptum confugisse. Ierem. XLII — XLIV. Vvlg. leg. שב sine ו, et O. *κατωκησεν*, leg. יָשַׁב.

טמא יאכלו) טמא immundus sc. *cibus* i. e. *prohibitus*. Gentilium omnia Iudaeis immunda. Quare *immunda edere* i. q. *viuere inter Barbaros*. Sic Ezech. IV, 13. *panem pollutum inter gentes comedent*. O. *ακαθαρτα*. A. *μεμιασμενα*. Σ *αποβλητα*.

v. 4. לא יסכו) נסך *libare* — (propino tibi Bacche!) — O. *ουκ εσπεισαν*.

ערב (יערבו est

miscere

vesperascere — negotiari
suaue esse — fideiubere.

O. *ουκ ηδυναντο αυτω αι θυσια αυτων*. Retulerunt זבחיהם ad יערבו. Sic Syrus, qui vertit *non suauia erunt ei* (legendum puto ܒܣܡ pro ܒܣܡ) *sacrificia eorum.*

זבחים (זבחיהם כלחם אונים להם sunt h. l. *Opfermahlzeiten*: et לחם dicitur de *cibo* et vniuerso *conuiuio*: Cohel. X, 19. Denique אונים notat *luctum* — *Leichenbegängnisse*. Ergo לחם אונים h. l. *Trauermahlzeit*. O. *αρτος πενθους*. "Ihre Opfermahlzeiten werden ihnen wie Trauermahlzeiten seyn:„ i. e. eundem effectum habebunt ista epula, qualem habent conuiuia lugubria, scilicet ipsos *polluent*. Sic verbis sequentibus explicatur. VVLG. להם non expressit.

יטמאו) *immundi fient* — stylo Leuitico. Nempe sacrificia eorum, ait, hunc effectum habebunt, vt eos immundos i. e. mihi exosos et reiectaneos faciant. O. *παντες οι εσθοντες* (Vatic. *εσθιοντες*) *αυτα μιανθησονται*. ARABS *αυτα* non expressit.

כי) *scilicet* — Docet quomodo superiora capi debeant.

לנפשם) Alii supplent אשר. "Panis eorum qui (offertur) pro animabus eorum.„ Ion. ad יבוא retulit hoc sensu: non veniet ad expiandas animas eorum in templum. Alii supplent יהיה *erit*, hoc sensu: panis eorum ipsis, i. e. eorum vsibus erit destinatus, nil vero de eo ad templum Dei deferetur. Sic fere O. *διοτι οι αρτοι αυτων ταις ψυχαις αυτων, ουκ εισελευσονται εις οικον κυριου*: ac si esset יבאו. ARABS videtur *εισελευσεται* legisse, nisi pro تدخل rescribere velis تدخلو. SYRVS: nam panis *animae* ipsorum non in-

gredietur in templum domini. Sic VVLG. — Sensus: de oblationibus nil ad templum perueniet, quia in exilio eritis. Et extra templum immundae erant. — Oblationes veterum (Malach. I, 7.) nondum satis comparatae cum oblationibus primaeuis Christianorum!

v. 5. מה תעשו) עשות de tempore dictum valet, *zubringen.* מועד O. πανηγυρις. Ar. مَوْسِمٌ. חג, εορτη.

v. 6. הלכו משד מצרים) *Wegen der allgemeinen Noth werden sie* etc. vt narrat Ieremias dicto supra loco. O. εκ ταλαιπωριας. SYRVS leg. בשר. Miror Dathium הלך *perire* reddidisse et ad Gen. XV, 2. prouocasse. Vir tam subacti iudicii facile videre poterat, aliud esse *abire* simpliciter, vt Germ. *scheiden, abscheiden,* aliud, *abire prae vastatione*, siue vt mauult cum suo Schultensio, prae *fame.*

תקבצם מף) קבץ *colligere* est Hebraeis *sepelire.* cf. Ezech. XXIX, 5. מף O. μεμφις: ION. SYR. Maphes: hodie Cairo s. Alcair.

מחמד לכספם) תקברם מחמד VVLG. ION. SYR. vt nomen verterunt, vt et A. cum Σ. qui επιθυμηματα habent. Sed O. Μαχμας, vrbs Aegypti. לכספם *pro pecunia.* "Für ihr baares Geld das sie mitbringen, sollen sie da begraben werden. Das wird alles seyn, was sie dafür geniessen." VVLG. SYR. O. leg. כספם.

קימוש יירשם) *haeres eorum erit vrtica* i. e. relictos *agros* occupabunt vrticae, חוח וגו', *domosque relictas spinae.* Sed SYRVS: *argentum eorum alienigenae possidebunt.* Suspicor το קימוש olim notasse vniuersim *Unkraut* et trop. *hominem nauci*, et sic contemtim dictum esse de Noniudaeis, O. ολεθρος quo non minus expressum esse credo significatum tropicum του קימוש.

v. 7. ימי הפקדה) *ημερα επισκεψεως* ſenſu bono et malo dicitur. Notat mox tempus infortunii et vindictae, mox tempus auxilii et fauoris diuini. Hoc loco explicatur per שלם *Vergeltung*, *Strafe*. O. — *εκδικησεως σου* — *ανταποδοσεως σου*. Leg. השלמך — הפקדתך. Vatic. et Ar. prius *σου* non habent.

ידעו) ידע *experiri*. O. *κακωθησεται*, leg. יֵרְעוּ *malis afficientur*. Vulg. *ſcitote*. leg. רעו.

אויל הנביא) ſtolidos, inſanos fuiſſe prophetas. Innuuntur Pſeudoprophetae qui ſeducebant populum. O. *ωσπερ ο προφητης* ac ſi eſſet איך הנביא. Permutatio certe *του* איך cum אויל fieri poterat, ſi ſupponis, quod veriſſimum eſt, litteras finales olim non extitiſſe et ſcriptum adeo fuiſſe איכ.

משגע איש רוח) משגע A. *επιληπτως*, correptus a daemone — Σ. *ενεος*, ſurdus, mutus, ſtupidus, ab *ἄυω* clamo, *in den man hinein ſchreien muſs*. O. *παρεξεςηκως inſanus*. Et איש רוח *inſpiratus*, *afflatus* h. l. qui iactat inſpirationes. O. *ανθρωπος ο πνευματοφορος*. (2 Petr. I, 21.) Conſiderarunt איש רוח vt epitheton contemtim poſitum ad הנביא hoc ſenſu: *vt prophetae inſani et furibundi*. Nam *πνευματοφορος* Helleniſtis ſaepe is eſt, *qui libidine vehementiſſima et ſtolidiſſima regitur*. Hinc Zeph. III, 4. פוחזים reddunt *πνευματοφορους*, et Ar. *ſpiritu induti*, eodem ſenſu. Sic Ier. II, 24. *πνευματοφορειν* eſt *inſanire*, vbi Arabs itidem *induiſſe ſpiritum* habet. Et hanc notionem etiam ipſum איש רוח habuiſſe, id vides ex Syro, qui h. l. vertit, *virum indutum ſpiritu ſtultitiae*.

על רב ועו) על refer ad באו — venient — *propter* ſcelera tua — שטמה A. *εγκοτησις* ab *εγκοτεω aeſtuo ira*. O. *μανια*. Αλλ. *εκςασις*. Valet *äuſerſte Bosheit*. O. *υπο του πληθους των αδικιων σου επληθυνθη*

μνεια σου. Rectius Vatic. et Ar. μανια σου. Legerunt רבה משטמתך. Sic et Syrvs:

v. 8. צפה וגו׳) צפה *speculari, insidiari, decipere*; quam postremam notionem Prou. XXVI, 23. O. expressere. Sensus: *Propheta* (a נביא incipe constructionem) *decipit Ephraimum cum Deo meo*, dum inspirationes diuinas simulat. O μετα θεου sine suffixo. Sed Ar. cum Deo suo, ac si αυτου legerit.

פח יקוש על־כל־דרכיו) laqueus aucupis est (pseudopropheta) in omnibus viis suis i. e. omnes actiones suas ita dirigunt, vt plebs credula decipiatur. O. παγις σκολια επι πασας τας οδους αυτου. Legerunt עקש.

שטמה וגו׳) in ipso templo (lege אלהי. Dei mei, vt supra) mendacia sua audacissima proclamare conantur isti effrenes. Syrvs, ושטמה O. μανιαν εν οικω θεου κατεπηξαν, lectione hac: בבית אלהים העמיקו, nempe העמיקו e commate sequenti huc transtulere. Arabs diuersa ab hodiernis των O. editionibus interpunctione vsus est: *propheta laqueus est obliquus; super omnes vias eius est amentia; defixerunt in domo Dei.* Etiam Syrvs legit אלהים sine suffixo. Certe אלהיו sensum difficiliorem reddit. Ergo aut אלהי legendum, vt dixi, aut in vtroque membro, quod conuenientissimum esset, אלהים rescribendum. Innumera prostant in collationibus codicum exempla του ם omissi in fine linearum, vel in ו mutati. Vidi ipse in Codd. Lipsiensibus, quos in *obseruationibus* meis *criticis* descripsi, pluralem in fine lineae mox ם plane omisso, mox dimidia eius parte seruata, quae cum ו confundi facillime poterat, vnde pro אלהים hoc in loco et אלהי et אלהינ (ex quo אלהיו factum) ortum habuisse videtur.

v. 9. העמיקו שחתו) vid. V, 2. העמיק *profundissimum facere*, pro quo Germani, *aufs höchste treiben.* Et שחת *corrumpere* h. l. peruerse agere. Sensus: mo-

dum excedunt in ſceleribus ſuis. Et ſummus gradus turpitudinis (quaſi שׁמּה) cernebatur vere in Gibea vid. Iud. XIX, 15. ſq. Vvlg. bene: *profunde peccaverunt.* Ion. optime: אַסְגִּיאוּ לְחַבָּלָא *ad faſtigium perduxerunt peruerſitatem.*

עונם) O. *αδικιας αυτου* — *αμαρτιας αυτου.* Vatic. et Ar. *αυτων.*

v. 10. במדבר מצאתי) in deſerto — vbi nullae vuae, aut rarae. Eo vero iucundiores peregrinantibus. Cum tali peregrinante Deus ſe comparat. "vt vuas in deſerto — inueni Iſraelem„ i. e. iucundiſſimi mihi erant Iſraelitae; videbantur mihi magno eſſe oblectamento. Nam מצא *inuenire* — germ. *finden.* Dicimus e. c. *wie finden Sie den Wein?* pro, *wie ſchmeckt er Ihnen.* Itaque h. l. *inueni* i. e. ſaporem mihi pararunt tam gratum, qualem *vuae in deſerto* iter facienti. Eadem imago ſubeſt verbis ſequentibus.

כבכורה) fructus praecox. O. *και ως σκοπον εν συκη πρωιμων ειδον πατερας αυτων.* Ad *σκοπον* ſubaudi *καρπον.* Nam *σκοπος* adiectiue ponitur pro eo, quo vident et ſpectant omnes, ita vt fere ſit *egregium.* Hinc Leuit. XXVI, 1. *λιθον σκοπον lapidem pulchrum et pictum.* Cyrillus Lex. MSc. *Σκοπον τυπον, ω παντες ϛοιχουσι.* Arabs de *cuſtode pomorum* intellexit. Ignotus interpres apud Montefalconium, *ως συκον.* Notandum *ως συκον* ad כבכורה non ad בתאנה pertinere. Mendum eſt in Hexaplorum editionibus. Et *ως συκον* nihil aliud eſt niſi varia lectio *των* O. pro iſto, *ως σκοπον*, vt videre eſt in Trommio, ſub voce *συκον.* Caeterum legerunt אבותם recte, pro אבותיכם. Sic et Vvlg. et Syrvs, qui poſterior בראשיתה omiſiſſe videtur. Vertit enim, *et vt ficum praecocem vidi patres eorum.* Legit praeterea וכבכורה. Eſt autem ראשית illud tempus quo poma matureſcere incipiunt. Et ראיתי redde *expertus ſum.*

בּאו וגו') בּוא *ingredi* O. εισηλθον προς τον Βεελφεγωρ. Sic fere omnes. Hinc ſuſpicor lectum olim fuiſſe בבעל *ad* —— Iam *ingredi ad* aliquem vel *cum* aliquo Hebraeis eſt *conuerſari, jungere ſe alicui* cf. Ioſ. XXIII, 7. Prou. XXII, 24. vbi O. συναλιζου.

וינזרו לבשת) נָזַר fere i. q. בוא h. l. Eſt proprie *ſe fouere, dicare,* ſequente ל. Sed ſequente אחרי eſt *abdicare* v. Ezech. XIV, 6. Iam בשת ignominia ſunt h. l. idola turpiſſima. Ergo ſenſus: dicarunt ſe idolis —— Sic SYRVS. Sed reliqui contrariam notionem expreſſerunt, v. c. O. απηλλοτριωθησαν εις αισχυνην, *abalienati ſunt* (a deo vero) *ad idola* (Eph. II, 12.)

ויהיו שקוצים כאהבם) Ad שקוצים repetenda eſt particula membri praecedentis, nempe ל. Et *eſſe idolis* (nam et h. l. abſtractum pro concreto:) eſt, *ſe conſecrare* cultui idolorum. Ita SYRVS: *ſe dediderunt* etc. Denique כאהבם valet, *vt feruntur pruritu ſuo, nach ihrer herrſchenden Neigung.* O. οι ηγαπημενοι ως εβδελυγμενοι: quod AR. ſic interpretatus eſt, *dilecti facti ſunt deſpecti.* Sed Vatic. οι εβδελυγμενοι ως ηγαπημενοι.

v. 11. כבודם) Ephraimitas quod attinet, auolabit decus eorum vt auis. Sed כבוד *honos, decus,* h. l. eſt id, in quo gloriam ſuam ponebant i. e. *larga ſoboles.* Nam ſummum decus apud Iudaeos, florere ſobole. Hinc Luc. I, 47. ταπεινωσις pro *ſterilitate.* Quare ION. receſſit gloria, liberos non multiplicabunt.

מלדה וגו') מ *vt non ſit* —— vid. Cap. IV, 6. לדה *excluſio partus.* Eſt gradatio inuerſa: Conceptio —— grauiditas —— excluſio. A. Σ. Θ. E. απο τοκετων, και απο γαστρος, και απο συλληψεως. Γαστηρ eſt vterus, in quo embryo. Inde εν γαστρι εχειν, grauidam eſſe. O. εκ τοκων και ωδινων και συλληψεων. Permiſcuerunt

בטן cum רחם. Nam cum infans est in רחם, tunc ὠδῖνες sunt.

v. 12. כי אם) *Ja wenn sie auch* — גדל *gross ziehen.*

ושכלתים מאדם) ו *tamen* — שכל ἀτεκνεῖν. Et מ — *vt non sint* viri. Nam אדם, vbi τῷ בן opponitur notat hominem *adultum.* Sensus: trucidabo antequam virilem aetatem adsequantur. Ion. *ne in viros euadant.* Vulg. *in hominibus*, ac si esset באדם.

כי גם) *immo* et vaeh illis! בשורי pro בסורי. Sic Vvlg. Ion. Syrvs. Sic et A. ἐκκλίναντός μου ἀπ' αὐτῶν. Et docet hoc particula מ quae nusquam cum שור sed semper cum סור construitur. Ergo *in recedere me*, est i. q. cum fauorem opemque omnem detraxero. O. σάρξ μου ac si esset בשרי. Inepte. Arabs vt sensum qualemcunque exprimeret, Ἐφραΐμ e commate sequente huc transtulit, et ita vertit: *Corpus meum ex ipsis Ephraim:* i. e. Ephraimitae inter Iudaeos sunt corpus meum — quasi τὸ σῶμά μου, *ciuitas mihi iunctissima.* Syrvs: *vindictam sumam ab illis;* vtitur verbo quo alias τὸ הֵשִׁיב reddit.

v. 13. אפרים וגו׳) Ephraim — quando prospicio Tyrum versus — pascuum amoenissimum est. Nam שתול *plantatum* saepe dicitur pro *situm.* Et נוה sunt *pascua laeta.* Sed repugnat nostrae lectioni primum analogia membrorum. Deinde ראות sic nusquam ponitur, vt sit *prospectum habere.* Denique Geographia vetus non concordat cum hac sententia. Dathius vidit aliquid, sed extricare se non potuit. A. Σ. ὡς ἀκρότομον πεφυτευμένην ἐν κατοικίᾳ. Nam נוה etiam de *domicilio* dicitur. Caeterum legit כְּצוּר *vt petra.* Syrvs: Ephraim vt vidisti (leg. רָאִיתָ) Tyrum sitam in aedificiis suis. Leg. בִּנְוֶיהָ. Lectionem nostram tuentur. Ion. et Vvlg. Sed O. nodum gordium soluunt: Ἐφραΐμ, ὃν τρόπον εἶδον, εἰς θήραν παρέστησαν τὰ τέκ-

να αυτων, και Εφραιμ *του* (pro *εν τω*) *εξαγαγειν εις αποκεντησιν τα τεκνα αυτου.* En tibi lectionem genuinam.

אפרים כאשר ראיתי לציד שת לו בניו
אפרים □ להוציא אל הורג בניו.

Ephraim vt video venationi destinauit liberos suos. Ephraim in educere (in eo est vt educat) *ad laniatorem liberos suos.* Iam salua est membrorum analogia, et sensus aptissimus prodit. Et etiam Theodotion lectionem בניו pro בנוה confirmat. Vertit enim: *εις πετραν πεφυτευμενοι οι υιοι αυτης.* Sensus: Israelitae sic viuunt, vt Deus non possit non ipsos furori hostium tradere, qui nec infantibus parsuri sint.

v. 14. מה—תתן) Vulg. et O. מה-תתן-להם. — Confer Cap. VI, 4.

v. 15. כל—רעתם) scelerum confluxus. — *Gilgal* erat locus, vbi Iosua (Cap. V.) circumcisionis foedus renouauerat, et cultus postea idolorum institutus est — שנאתים redde, *odium concepi* — כי pro לכן — Sensus: propterea ibi odium in eos concepi i. e. hinc mala omnia deriuanda quibus Israelitas et coercui et coercebo. — מביתי, — *a templo* — arcebo.

סוררים) *rebelles* O. *απειθουντες.*

v. 16. הכה) Dicitur de stirpibus, quae solis ardore aut vermis morsu laeduntur ita vt exarescant. Ion. IV, 7. — Sensus: *Ephraim hat seinen Rest.* O. *επονευσεν* Εφραιμ *τας ριζας αυτου εξηρανθη.* Sed Arabs legit: *επονευσεν* Εφραιμ *τας ριζας αυτου, εξηρανθη, aegrotauit Ephraim quoad radices; exaruit.* Sic Syrus.

פרי בלי יעשון) rescribendum בל et עשות vt Ps. I. de arboribus dici, quae fructum *ferunt*, notissimum est. O. *καρπον ουκ ετι μη ενεγκη*, fere ac si esset עד יעשון aut בל יוסיפו עשות. Caeterum per fructus h. l. *sobolem* indicari sequentia docent.

וגו׳ גם כי) et *etiamſi* — והמתי, *tamen* — occidam — מחמדי בטנם deſideria ventris ſunt, *liberi deſideratiſſimi.* Cicero: valete *deſideria* mea, valete! Ion. *etiamſi educauerint filios* ac ſi eſſet יגדלו pro ילדו, vt v. 12.

v. 17. שמעו) שמע vt ακουειν, *obtemperare.*

נודדים) נדד *ſedem fixam non habere, vagari, exulari.* O. *απωσεται αυτους ο θεος, οτι ουκ εισηκουσαν αυτου, και εσονται πλανηται εν τοις εθνεσιν.* Leg. אלהים.

SECTIO QVINTA.

Cap. X.

v. 1. גבן בוקק) בקק eſt a) *aquoſum eſſe,* vnde A. ενυδρος, *waſſerreich.* b) *frugiferum* eſſe; vti et Ar. بق de *prolis* et *pluuiae* abundantia dicitur. c) *frondoſum* eſſe — de arboribus — vnde h. l. Σ. *υλομανουσα frondibus exuberans, fruticatione luxurians.* d) *exhaurire* aquam ſuperfluam et inde e) *euacuare.* Ego h. l. tertiam ſignificationem praefero. Syrus, *vitis palmitum.* O. *ευκληματουσα.*

פרי ישוה לו) Supple אשר, et שוה, cum ſit a) ſimilem eſſe b) comparare c) adaequare, aptare, d) aptum, vtile, expeditum eſſe — h. l. valet *aptare. Vitis,* quae fructus ſibi aptat eſt, *frugifera, uuis abundans.* O. *ο καρπος αυτης ευθηνων.* Vatic. *ο καρπος ευθηνων αυτης.* Redolet poſterior lectio emendationem ad textum hebraeum factam. Arabs lectionem priorem ſecutus eſt. Syrus, *quae fructus ſuos fecit.* Suſpicor eum legiſſe יעשה pro ישוה.

כרב) כ *quo magis* augentur a me bonis et reditibus — *eo magis* augent altaria ſua ingrati. Ante הרבה ſubaudi בן vt Cap. IV, 7. O. *κατα το πληθος των καρπων*

αυτου. Saepius פרי in plurali vertunt v. c. Prou. XVIII, 21. XXVII, 18. adeo vt aliter legiſſe non ſtatuendi ſint. Pluralem etiam Syrvs habet.

כטוב) *quo magis* — etc. טוב de ſolo dictum valet *fertilitatem* et ipſas *fruges*. O. τα αγαθα της γης, *prouentus terrae*.

הטיבו) הטיב eſt verbum quo hebraei multitudinem et abundantiam exprimere amant, cum ante verba vt: הטיב לשתות, *brav ſauffen*, tum ante nomina, vt h. l. הטיב מצבות *multiplicare idola*. Nam מצבה pr. ϛηλη h. l. ipſa *ſimulacra*.

v. 2. חלק לבם) חלק ſenſu phyſico eſt *lubricum eſſe*, ſenſu morali vero, *blandum eſſe*, h. l. reciproce *ſibi blandiri*. "*Ihr Herz ſchmeichelt ſich* mit ſüſſen Hofnungen: bald werden ſie ſich betrogen ſehen."

עתה יאשמו) mox agnoſcent ſe grauiter peccaſſe. vid. V, 15.

הוא יערף) הוא fere nomen Dei: et ערף eſt pr. *decollare*, deinde vniuerſim, *euertere*, *dejicere*. Vvlc. ipſe confringet ſimulacra eorum, depopulabitur aras eorum. Verba, *ſimulacra* et, *aras*, vitioſe translocata ſunt.

v. 3. כי) refer ad עתה v. 2. Valet, *immo*. "*Ia* bald ſollen ſie ſagen etc."

מה — יעשה) עשות לפלני eſt vel in vniuerſum *tractare aliquem* vt VI, 4. vel in ſpecie *prodeſſe* aut — *nocere*. Senſus: et ſi haberemus ducem, quid prodeſſet nobis?

v. 4. דברו דברים) *loqui verba* eſt, *verba dare* — *heucheln*, *das Maul ſchmieren*. Sequuntur infinitiui hiſtorici: *pejerare* — *foedera pangere* — i. e. *pejerant* — *foedera* (cum Barbaris) *pangunt*. Sic fere *Ionathan*. Sed O. λαλων ρηματα προφασεις ψευδεις, διαθησεται διαθηκην. Lectione hac vſus eſt:

ידבר דברים עלות שוא יכרת ברית.

Nam עִלָּא et עִלָּה Chaldaeis est, *causa, occasio*, προφασις. Sic et Syrus: *locuti sunt verba rationum falsarum*. Vulg. *loquimini verba visionis inutilis*. Suspicor vocem *visionis* ortam esse e varia lectione των O. Forsan aliqui libri pro προφασεις habuerunt ορασεις, *visionis*. Nisi omnino pro *visionis* rescribendum putes, *rationis*.

וּפָרַח וגו׳) ו *verum* mox — פרח *aufschiessen* — ανατελλειν. — משפט *poena*, κρισις. — כראש vt *lolium*. Nam ראש est *vertex* cuiusque rei — *acumen* — indeque translatum ad omne quod acutum est, quod rodit, laeditue: *venenum* — bilis — lolium. O. ἄγρωστις quod Grotius cum ἀγρώστης confundere videtur. Syrus, *vepretum*. "Progerminabit poena vt lolium in sulcis agrorum.„ *Die Strafe wird sich mehren wie Unkraut*. — In voce שׂדה frequens est pluralis שׂדי, vt et in aliis quibusdam. O. επι χερσον αγρου. Sic reddunt etiam intra XII, 12. Arabs interpretatur hoc modo: عَلَيْ أَرْضِ حَقْلٍ بُوْرٍ *super terra agri inculti* i. e. qui lolio abundat: nam بور dicitur etiam de sentibus aliis lolii generibus. Syrus ܒܚܩܠܐ ܕܐܪܥܐ ܒܘܪܬܐ *in agro terrae incultae*. Sic etiam infra d. l. Et suspicor תלם non modo *sulcum* sed etiam *terram lolii plenam* notasse.

v. 5. יָגוּרוּ) גור est a) *timere*, c. מ. b) *venerari*, *colere*, c. ל. et quia timor bestiarum efficiebat vt homines in societates irent et se congregarent quasi, inde significare coepit c) *se congregare* et d) *vna habitare* c. עם — παροικειν. Qui vero ad tales societates recenter accederent ab iisque reciperentur, dicebantur גרים inde notio e) *peregrinari, aduenam esse*. Hoc loco valet *colere*. Sic Vulg. Syr. Ion. — A. τας δαμαλεις του οικου εσεβασθησαν. Suspicor ἃς esse compendium scribendi pro ανωφελους. Nam cum A.

vbique fere און per ανωφελες reddat, non mirum quod aliquis hoc compendio vsus sit. Sic et Montefalconio videtur. O. τω μοσχω, ac si esset לעגלת, quam veram lectionem esse puto, ob suffixa singularia quae sequuntur.

כי אבל עליו עמו) כי pro לכן vt IX, 15. O. οτι sed Vatic. δια τουτο. — עמו refer ad עגלה. Notantur ii, qui isti cultui vitulorum dediti erant. Sensus: quare cultores vitulorum in summum luctum peruenient super istis vitulis.

וכמריו וגו׳) כמרים sunt *sacrificuli*. VVLG. *aeditui*. Vnde Iudaei *Monachos* dicunt כמרים. Ad verba עליו יגילו subaudi אשר. DRVSIVS laudat versionem latinam quae habet: *de eo exsultare soliti*. Ad על כבודם repete אבלו e membro priori. Et כבוד intellige de *pompa externa* sacrorum. Denique גלה c. מ est *denudare*. "*Man wird ihnen ihren Staat ausziehen*." O. και καθως παρεπικραναν αυτον, επιχαρουνται επι την δοξαν αυτου, οτι μετωκισθη επ᾽ αυτου. Pro וכמרים עליו leg. וְכַמְּרוּ עליו *et sicut rebellauerunt contra eum*. ARABS leg. μετωκισθη απ᾽ αυτων. SYRVS: *sedebunt propter eum in luctu populi eius et sacrificuli eius, et de eo exultabunt et de gloria eius, quod migrauerit de eo*. Legit וְעליו יגילו וְעל—כבודו.

v. 6. יובל) *ducet* — *auch das Kalb wird man fortschleppen* — nam aurea erat praeda. De ירב vid. V, 13. — מנחה O. scite, ξενια. — Syrus אותו non habet. Vertit: *atque etiam in Assyriam deportabunt munera regi Iareb*.

בשנה *pudor capiet* — O. εν δοματι Εφραιμ δεξεται. Etiam ARABS: *excipiet Ephraim in dono*. Forsan באתנה leg. pro בשנה.

מעצתו) מ causam et obiectum pudoris notat. Intelligent, se consilia stultissima secutos esse.

v. 7. נדמה) O. απερριψε Σαμαρεια τον βασιλεα αυτης. DRVSIVS putat τους O. vbiuis confundere נדמה cum נרמה a רמה *jecit*. Mihi vero certo perſuaſum eſt רמה olim habuiſſe notionem *projiciendi* et adeo *exſpuendi*. Nam et SYR. et VVLG. eam h. l. et alibi tuentur. Sed pro מלכה puto legendum eſſe את מלכה quod alii *regem ſuum* alii, *cum rege ſuo* verterunt. Ego cum ION. reddo: Samaria *cum rege ſuo* exſpuetur. —

כקצף) O. Θ. φρυγανον Gloſſ. vet. *quisquiliae*. Σ. επιζεμα, *Schaum von Töpfen*, quod Graeci πομφολυγας vocant. — פני pr. *Fläche*.

v. 8. במות) loca elatiora — vbi lucos ſacros habebant.

חטאת) *peccatum* h. l. *obiectum peccati* vt Eſ. XXVII, 9. Deut. IX, 21. — *idola Iſraelitarum* — ref. ad נשמדו. O. και εξαρθησονται βωμοι Ων, αμαρτηματα Ισραηλ. ARABS totum pro parte poſuit: *templa On*. Sic et SYRVS.

ואמרו) ſtudebunt latere, ſeque abſcondere, dum videbunt imminentes calamitates. Haec eſt communis interpretatio. Sed dubito, an ſenſui verborum omnino reſpondeat? Nam quomodo, qui latere cupit, montes collesue in ſe praecipites ruere cupiet? Mihi videntur colles montesque inuocari, quia in iſtis habebant idola ſua a quibus expectabant et reditus et auxilia. Quidni vero inuocatio deaſtrorum, hyperbolice exprimi poſſet: *o montes collesue ſacri excipite nos, cingite, operite nos, ne fulmina Iouae in nos irruant!* Vid. Eſ. II, 19. Luc. XXIII, 30. Apocal. VI, 16. SYRVS: *et dicent montibus, operite nos et collibus vt cadant ſuper eos*, ac ſi eſſet, יפלו עליהם. Iam exponit cauſſam ſuppliciorum imminentium.

v. 9. מימי הגב׳) inde a diebus Gibeae ſemper rebelles et immorigeri fuerunt; quanquam tum ipſis vi-

ctoriam demum largirer. Pro חטאת lege חָטָא, nam tertia persona sequitur. O. αφ ου η βουνοι, ημαρτεν Ισραηλ. VVLG. *ex diebus Gabaa peccauit Israel.*

שם עמדו) *ibi* — nempe cum oppugnaretis Gibeae incolas. עמד h. l. *proeliari*, vt 2 Sam. I, 19. 1 Chron. XXI, 1. XXVI, 18. Dan. VIII, 25.

לא תשיגם וגו׳) מלחמה vt πολεμος dicitur de ipso *proelio*. Et *assequitur me proelium* i. q. *ich werde handgemeng*. Vide historiam Iud. XX, 29 — 48. Eo die quo Deus victoriam Israelitis largiretur, *proelium* non erat. Nam Israelitae primum fugam simulabant. Cumque incolas vrbis a portis abstraxissent, eruperunt ex insidiis agmina, occupataque vrbe, incendium fecerunt, quo viso fugam simulantes redierunt, incolasque terrore confectos ita oppresserunt, vt vix triginta milites finito diei istius bello desiderarentur. — בני עליה sunt *scelerati* — Gibeae incolae: — עלוה et עלה promiscue ponuntur.

v. 10. באותי) Mendum est. Nam ו sequitur, quod est contra grammaticen. Et quid etiam hoc esset *in voluntate sua castigare?* Ipsae denique versiones dissentiunt. O. ηλθε παιδευσαι αυτους, Israel *venit ad* Gibeonitas *castigandos* et coercendos. Legerunt בא ליסרם siue אתה ליסרם *venit ad castigandos eos.* Sic fere ION. אַיְתֵיתִי עֲלֵיהוֹן יִסּוּרִין *super eos castigationes.* Sed Vatic. vitiose annectit ista verba commati praecedenti omisso verbo ηλθε, hoc modo: — ου μη καταλαβη αυτους εν τω βουνω πολεμος επι τα τεκνα αδικιας παιδευσαι αυτους. Arabs sequitur lectionem codicis Alexandrini, sed interpunctione vsus Vaticani: *bellum super filios iniquitatis venit, vt erudiret eos.* Ego nullus dubito, quin vera lectio fuerit ובאתי *et veniam.* Nam haec aptissima est orationi textae, huic conuenit sequens ו et hanc veteres confirmant. Et SYRVS etiam quodammodo eam tuetur etsi vertat, *in correptione mea*

ܐܪܕܘܢܘܢ *eos erudiam.* Nam manifeste ante oculos habuit litteras,

ובאתיואסרם

et oscitanter permutauit ב cum כ et ו prius cum ב, altero omisso, adeo vt sic legeret

בכאתי אסרם

formauitque בכאתי a כאה, (quod est *tristari* in hiph. *aegritudine afficere*, ipsisque Syris ܟܐܐ *increpare*) ac si nomen esset כאה *increpatio* (vt Syr. ܟܐܝܬܐ) cum suffixo, et ב praefixo, בכאתי *in increpatione mea.* Sensus: *itaque* (sc. quia semper peccarunt inde a diebus Gibea) *veniam et eos coercebo.*

ואספו) אסף de populis c. על dicitur — vbi agmina adducuntur ad expugnandos vel bello opprimendos. VVLG. אספו sine ו.

באסרם וגו׳) *in vincire eos* i. e. quando in vincula eos coniecturus sum. Et hac imagine *seruitutem* Babylonicam describi sequens comma docet. Pro עינתם lege עונתם ab עון, et peccatum accipe iterum pro obiecto peccati. Innuuntur *vituli* duo. O. εν τω παιδευεσθαι αυτους εν ταις δυσιν αδικιαις αυτων. Sic et VVLG. et SYRVS. Legerunt ביסרם *in castigando eos.* ION. *et dominabuntur in eos in modum quo ligantur iuga boum ad* תרתין עונתיה. Intellexit το עונתם sic ac si esset ab עון quod Chaldaeis est *grex*, *pecus*, legitque ואסרום *et ligabunt eos* quod interpretatus est sic: *et dominabuntur in eos veluti ligantur pecora* etc.

v. 11. ואפרים) ו *nam* — "*Ephraim ist ohnehin schon an die Sclaverey gewöhnt.*„ Habet hoc commune, ait, cum suis idolis, vt ipse sit עגלה, — *bos iuuenis.*

עגלה מלֻמדה אהבתי לדוש Lege אהֻבת — edocta amare triturare i. e. *assuefacta triturare.* Ve-

teres enim bobus vſos fuiſſe ad trituram notiſſimum eſt. Vid. Schöttgenivs de tritura et fullonia. O. εφραιμ δαμαλις δεδιδαγμενη αγαπαν νεικος. Sic Vatic. Sed Arabs rectius *victoriam.* Legit νικος. Et דוש ponitur aliquando pro *vincere*, *ſubigere*, quamuis h. l. iſta notio non quadret. Interim et Ion. ſic intellexit το דוש interpretatusque eſt hoc modo: *amauit ambulare in voluntate animae ſuae.*

ואני) ו *ideo*

עברתי וגו׳) Suſpicor genuinam lectionem eſſe העברתי עֹ על — טוב צוארה *tranſire faciam iugum ſuper collum eius formoſum.* Meo quidem iudicio עֹ omnino deſideratur. Et quam facile id omitti potuerit, quis eſt quin videat? Nec caret haec lectio autoritate, ſed Ionathan eam tuetur: quanquam minus accurate vertat: *abſtuli iugum durum a ceruicibus eorum.* —— Caeterum טוב de corporibus dictum, *venuſtum* eſt et *formoſum.* A. Σ. καλλος. O. εγω δε επιλευσομαι επι το καλλιστον του τραχηλου αυτης. Syrus טוב non habet. Forte in editionibus impreſſis verſionis Syriacae vitioſe omiſſum eſt, ܦܒܝܢ, aut ſimile vocabulum. Caeterum his verbis iungenda ſunt verba וארכיב אפרים (addito ו) neglecto Athnacho. Senſus: *ich will Ephraim das Joch überwerffen und ihn einſpannen.* Nam הרכיב eſt non modo *vehi* in vniuerſum, ſed et *ſubdere iugo, einſpannen* —— h. l. *in den Pflug und Ege*, vt docent ſequentia. Senſus: *in den Colonien ſollen ſie Sclavendienſte thun.* Nam vbi populus a victore deportaretur, multitudo in terras incultas mittebatur, ad eas inaedificandas colendasque. —— שדד eſt *occare, glebas confringere, egen.* Verſiones lectiones noſtras tuentur, quamquam a ſenſu deflectant.

v. 12. זרעו) Docet quomodo vti debeant iſtis calamitatibus ad reconciliandum ſibi fauorem Dei. "Semina ſpargite in iſto exilio nouae obedientiae etc." *Se-*

minare (לצדקה) *virtuti* i. q. ſemina emittere talia e quibus virtus proueniat. Senſus: *mutate animum.*

קצרו לפי חסד) לפי eſt κατα. *Metite quoad pietatem* i. e. vt meſſis, quam ſemina iſta largientur, e fructibus pietatis conſtet. SYR. et VVLG. פי non pro expletiua ſed pro nomine habuerunt — *os pietatis.* O. σπειρατε εαυτοις εις δικαιοσυνην, τρυγησατε εαυτοις εις καρπον ζωης ac ſi eſſet:

קצרו לכם לפרי חיים.

Vatic. τρυγησατε εις καρπον ζωης. Sic ARABS.

נירו לכם ניר) הניר bis modo occurrit h. l. et Ier. IV, 3. ex quo loco (coll. Prou. XIII, 23. vbi nomen ניר legitur) manifeſtum fit הניר eſſe *iterare arationem*, *wieder umakern* — ניר *den neu beſäeten Aker.* Notio prima videtur fuiſſe *iterare*, νεοω, quod O. habent Ier. IV, 3. Hoc loco vero reddunt: Φωτισατε εαυτοις Φως γνωσεως. Intellexerunt ſic, ac ſi eſſet a נור *lucere* et pro ועת legerunt דעת *cognitio.* SYRVS *accendite vobis lucernam.*

ועת) *nam tempus iam eſt* — ne mala ingraueſcant et perennent. O. εκζητησατε τον κυριον ac ſi eſſet דרשו.

ויורה וגו') ו, *vt* — ירה iacere, *werfen*: diciturque de pluuia, *regnen.* Hiphil: *regnen laſſen*, largiri imbres. Et צדק poetice pro בצדק *beniuole*, *large.* Imago aptiſſima. Nam in ſuperioribus noui mores Iudaeorum cum iterata aratione comparabantur. Senſus: emendate mores, vt Ioua vobis iterum propitius ſit. Vulg. *cum venerit qui docebit vos iuſtitiam.* Legit אם pro עד. Deinde ו in ויורה accepit pro אשר. Denique הורה interpretatus eſt *docere.* Sed tunc deberet eſſe את—הצדק. SYRVS legit צדקתו *liberalitatem ſuam.*

v. 13. חרשתם) Supple *hactenus* —— ——
improbitatem *araſtis*
ſcelus *meſſuiſtis*
fraudem *comediſtis*

Arare h. l. (vt ſpecies pro ſpecie) ponitur pro *ſeminare*. רשע h. l. ſunt *improba conſilia* ex quibus oriuntur עולה *actiones improbae*, *ſcelera*, quo fit, vt homo ſibi ipſi mala grauiſſima contrahat, quae h. l. ſunt פרי כחש. Nam *fructus fraudis*, ſunt *fraudulenti* i. e. euentus actionum tales, qui ſpem noſtram fallunt. Syrvs: *araſtis peccatum et impietatem, et meſſuiſtis et comediſtis fructus mendacii* Legit חרשתם רשע ועולה וקצרתם ואכלתם פרי כחש. Lectio των O. vt rite appareat, repetenda inde a verſu ſuperiori —— *εκζητησατε κυριον, εως του ελθειν γενηματα* (Vatic. *γεννηματα*) *δικαιοσυνης υμιν*. 13. *Ινατι παρεσιωπησατε ασεβειαν, και τας αδικιας αυτης ετρυγησατε, εφαγετε καρπον ψευδη*. Iam emendemus primum textum graecum et poſtea videamus quomodo legerint. Aduocandus vero in auxilium Arabs, qui ſic vertit: *petite dominum donec veniat ad vos.* 13. *O filii iuſtitiae, quare neglexiſtis impietatem et vindemiaſtis iniquitates eius, comediſtis fructum mendacem.* Manifeſtum eſt *υμιν* e margine in textum irrepſiſſe. Nam *υμιν* et *ιvατι* ſunt verſiones eiusdem verbi varie lecti. Alii libri habuerunt לכם *υμιν*, alii למה *ιvατι*. Iam litteras

עדיבואויורהצדק

egerunt vel inuenerunt ſic diuiſas et poſitas

עד יבואו פריות צדק

Haec lectio in aliis editionibus ſic expreſſa fuit *εως του ελθειν*. 13. *Γεννηματα δικαιοσυνης, ιvατι κ. τ. λ*: in aliis ſic, vt ſimul illud *υμιν* e margine, poſt *ελθειν* poneretur: in aliis denique ſic, vt noſtrae editiones edi-

cunt. Et quam harum lectionum Arabs ante oculos habuerit, vel me non monente, intelliges. Caeterum O. pro עולה legerunt ועולתה et το חרש acceperunt sensu *tacendi* et *negligendi*, vt v. 11.

ברכך) Lege cum O. ברכביך *in curribus tuis* — *Streitwagen* — Οτι ηλπισας εν αρμασι σου. Sic Arabs. Vatic. mendose, εν αμαρτημασι σου. Pro ברב Syrus rectius habet וברב. Iam docetur huius improbitatis euentus proxime consecuturus.

v. 14. וקאם שאון) ו, *itaque* — א in קאם residuum e matribus lectionis. *Stabit* (Matth. XXIV, 15.) *perditio* i. e. collocabuntur signa hostilia, interitum vobis minantia, media inter vos. In ipsa terra tua castra ponent hostes.

כשר שלמן בית ארבאל ביום מלחמה) Nullus sensus in his verbis. Interpretes laborant. In versionibus mira varietas. O. και εξαναστησεται απωλεια (sic שאון recte vertunt cum Syro) εν τω λαω σου, και παντα τα περιτετειχισμενα (Syrus, *arces*) σου οιχησεται. (rectius Vatic. οιχησεται. Ar. destruentur) ως αρχων Σαλαμαν (leg. כְּשַׂר שַׂלְמָן) εκ του οικου Ιεροβααλ (leg. בית יְרֻבַּעַל vel מִבֵּית) εν ημεραις (leg. בִּימֵי) πολεμου. Vatic. vitiose εκ του οικου Ιεροβοαμ. Arabs leg. εν τω οικω Ιεροβοαμ. Syrus: *diripientur vt direptione Schalmae, a Bethel, in die belli.* Habuit etiam lectionem מבית, sed de verbo ארבאל expressit modo litteras אל. Ion. *sicut vastatur pacificus* (שלמן a שלם, pacificus fuit) *per insidias in die belli*, ac si pro בית ארבאל compendium scriptionis

בי ארבי

ante oculos habuerit hocque בְּאֶרֶב legerit. Iam dicam quae ex tanta varietate veritas hebraica, vt cum Hieronymo loquar, extricari possit. Lectiones Vulg. Ion. Syri, των O. et eam quam editiones vulgares habent vna collocabo.

V. כשד שלמן בית ארבאל ביום
O. כְּשֹׁר שלמן מבית יְרֻבַּעַל בִּימֵי
S. כשד שלמן מִבֵּית......אֵר ביום
I. כשד שלמן בְּ'... אֶרְב... ביום
V. כשד שלמן מִבֵּיתוֹ יְרֻבְבַעַל ביום

Iam genuinam addo

כשד מדין ביד ירבעל ביום

hoc ſenſu: *qualis erat clades Midianitarum per manum Ierubbaal tempore belli* (Midianitici.) Nullus erit lectorum qui non aptiſſimum ſenſum agnoſcat. Nec vllus erit qui quam facile oriri potuerint menda iſta, maximam partem antiquiſſima, non videat. Et quamquam verba priora מדין ביד ſola coniectura nitantur, vocabulum tamen potiſſimum eo maiori autoritate gaudet, et tanta quidem, quanta ſufficit ad fidem etiam τω מדין ביד conciliandam. Scilicet ארבאל interpretibus maximum negotium faceſſiuit, et ſane mendum commatis turpiſſimum eſt. Sed cum certum ſit, codices olim tam mire variaſſe; cum Vulg. (qui in his libris proprium ſuffragium ferendi poteſtate gaudet) et O. ירבעל legerint, cum denique hiſtoria Iud. VI. VII. hoc Gideonis cognomen diſerte exhibeat, ego certe non video, qua veri ſpecie lectio ירבעל, verbaque מדין ביד ab hac lectione pendentia, rejici poſſint. — Sed quaeret aliquis, cur verſionem vulgatam, vt teſtem lectionis ירבעל, protulerim, cum tamen iſta ſic ſe habeat: — *vaſtabuntur, ſicut vaſtatus eſt Salmana a domo eius qui iudicauit Baal in die proelii?* Et ego ita quaerentem remitto ad Iud. VI, 32. VII, 1, hoc vnum addens, veroſimiliter Vulg. habuiſſe lectionem ירבבעל, in qua ב dageſchatum בב (ſic) — ſcriptum erat, adeo vt eam acciperet pro ירב בעל ſuppleto אשר. Sed vera punctatio eſt יְרֻבַּעַל.

אם וגו׳) Haec verba ſunt conſecutio orationis exorſae a קאם. "Stabit perditio — mater ſuper liberis

allidetur„ —— *ſoll mit den Kindern auf dem Arm, oder im Leibe, zerquetſcht werden.* Syrus: matrem ſuper filios eius allident. Leg. בניה. Vulg. *ſuper filias.* Puto reſcribendum eſſe, *filios.*

v. 15. ככה) *Sic* —— fecit tibi Bethel. Talis exitus erit idololatriae tuae.

מפני רעת רעתכם) propter ſummam veſtram improbitatem. Cohel. I, 2. Cantic. I, 1. 1 Timoth. VI, 15. Virg. Aen. Lib. VII. *pax* mihi *pacis* erit, dextram tetigiſſe tyranni. O. *ουτως ποιησω υμιν, οικος του Ισϱαηλ, απο πϱοσωπου κακιων υμων.* Sic Arabs. Sed Vatic. *απο πϱοσωπου αδικιας κακιων υμων.* Dicerem reſcribendum eſſe *κακιας κακιων*, niſi et Vulg. haberet vocabula diuerſa: *malitiae nequitiarum veſtrarum.* Legerunt אעשה pro עשה. Deinde pro בית—אל legerunt בית ישראל in compendio ſcribendi, qualia reperies in obſeruationibus meis criticis, quaeque ita comparata deprehendes, vt permutationem *του* אל cum ישראל maxime procliuem fuiſſe intelligas. Denique רעתכם leg. רעותכם, vt Vulg. —— Ion. *propter improbitatem operum veſtrorum.* Prius רעת non legiſſe aut oſcitanter omiſiſſe videtur. Caeterum Athnachus ſub רעתכם delendus eſt. Interpunctio ſanior haec eſt: "Tanta mala vobis parabit Bethel. Propter ſummam veſtram improbitatem regnum veſtrum cito et inopinato deſtruetur.„

בשחר) vt בבקר valet *ex improuiſo.*

מלך) collectiue poſitum. *Reges* i. e. regum ſeries exſcindetur. Id eſt, vniuerſum regnum Iſraeliticum deſtruetur. Et ישראל ponitur tanquam nomen pro pronomine. Verſiones *omnes* praeter Ion. verbis בשחר וג׳ inchoant nouam ſectionem; vitioſe, vt mihi videtur. Cum tamen omnes id faciant, in mentem mihi venit coniectura, quod forſan haec verba ſint vetus inſcriptio ſectionis ſequentis, generis ingenioſi et acuti,

ſuperſtes nobis ex tot priſcis ſectionum inſcriptionibus quales verſiones veteres in libris quibusdam et praeſertim in Pſalmis nobis ſeruarunt. O. ορθρου απερριφησαν, απερριφη βασιλευς του Ισραηλ, ac ſi eſſet בשחר נרמו. Vulg. *ſicuti mane tranſiit, pertranſiit rex Iſrael.* Legit כשחר, et נרמה *per ceſſare, interire*, interpretatus eſt. Nam hanc notionem ſolet verbo *tranſire* exprimere. Syrvs: *In aurora admiratus eſt et ſtupuit rex Iſrael.* Suſpicor eum legiſſe התמה ותמה vid. Habac. I, 5. ſuſpicor inquam, quia *diuerſis* verbis vtitur, vt Habacuci dicto loco. Nam certo nihil ſtatuere poſſum, quia דמה *ſilere* dicitur etiam pro, *obmuteſcere, obſtupeſcere.*

SECTIO SEXTA.

Cap. XI.

v. 1. כי נער) Cum — puer eſſet Iſrael: i. e. cum gens Iſraelitarum exigua eſſet numero et opibus, valde eum dilexi etc.

לבני) eſt in appoſitione cum ſuffixo in אהבהו. Iſraelitarum hoc eſt ſolenne nomen. Et Ex. IV, 22. vocantur *filius Dei primogenitus.* Itaque Matth. II. eſt nuda huius loci accommodatio. Neque enim Hoſeam h. l. de Meſſia vaticinatum eſſe, neque Iſraelitas typum eſſe Chriſti, vlla veri ſpecie dici poteſt. O. εκαλεσα τα τεκνα αυτου, leg. לבניו. Sic et Ionathan.

v. 2. קראו) Reſcribendum videtur כקראי. Facilis erat error librarii. Et omnes Verſiones praeter Vvlg. כ legerunt. O. καθως μετεκαλεσατο (Vatic. rectius μετεκαλεσα — lectio כקראי, quam et Arabs tuetur,) αυτους. Ion. *miſi prophetas meos vt monerent eos.* Videtur et ipſe כקראי hac paraphraſi expreſſiſſe. Syrvs, *prout vocauerunt* leg. כקראו, quam lectionem ſi velis tueri, verbum ad prophetas referen-

dum eſt. Senſus: *quo magis* beneficiis inuitantur ad animum Deo dicandum, *eo magis* etc.

מפניהם) Mendum eſt e ſcriptione continua ortum. Lege מִפָּנַי הֵם et pronomen ad membrum ſequens refer. Sic O. *ουτως απωχοντο εκ προσωπου μου. αυτοι τοις βααλειμ εθυον.* Sic et SYRVS. Caeterum הלך cum אחרי vt in N. T. *πορευεσθαι οπισω τινος* eſt *ſequi*, deditum eſſe; c. מ vero *auerſari*, *deſerere*.

לבעלים) h. l. nomen generis. בעל enim pr. eſt *Gott* ſ. *Herr.* ION. *idolis.* ARABS *idolis Aim.* Videtur codicem habuiſſe vbi *βααλειμ* ſic ſcriptum erat, vt *βααλ* et *ειμ* ſeparatim apparerent. —— פסלים ſunt *ſimulacra* Deaſtrorum.

v. 3. תרגלתי) Lege הרגלתי. —— הרגל *gängeln wie Kinder.* VVLG. *et ego quaſi nutritius Ephraim.* O. *συνεποδισα αυτους*, male.

קחם וגו׳) *ſumendo eos*, *εν τω λαβειν.* Senſus: *indem ich ihn bey dem Arme nahm und leitete.* O. *επι τον βραχιονα μου*, leg. זרועֹתי. VVLG. et SYR. זרועֲתי Ion. זרועות ſine ſuffixo, quod etiam deeſt in Cod. Alex. Sed noſtrae lectionis non modo ſenſus commodus eſt, verum etiam altera lectio, quam Dathius ſecutus eſt, analogiae linguae contraria eſt. Certe dubito an *tollere in brachium* vnquam ſic dicatur. Hebraei חיק dicunt in tali caſu: v. c. Thren. I, 12. *in den Armen der Mütter*, אל חיק אמותם.

רפאתים) רפא *ſanare* trop. *fouere*, *curare.*

v. 4. בחבלי אדם) funibus humanis i. e. quibus homines trahuntur, i. q. poſt עבתות אהבה. "Mit geiſtlichen Striken„ dicerent Homiletae. Syrus legit ובעבתות, *et* in vinculis amoris. O. *εν διαφθορα ανθρωπων εξετεινα αυτους*, (*αυτοις* habet Cod. Al.) *εν δεσμοις αγαπησεως μου.* ARABS ad *ανθρωπων* interpunctionem minorem habet. Hinc ſuſpicor Alexandrinos

verba εν δ. α. retulisse ad comma praecedens, vbi sensum commodum suppeditant: et editores modo recentiores ea huic commati iunxisse. Chaldaeis חבל est *perditio*, *laesio*. Sic et O. h. l. acceperunt. Et pro אהבה legerunt אהבתי.

ואהיה וג׳) Dathius diuinando: *iugumque eis impositum leuaui*. Fatetur se hanc versionem non posse probare nisi autoritate ION. et SYRI, οι O. vero quid legerint, se non videre. Dicam meam sententiam breuissimis. Pro כמרימי legendum cum ION. SYRO et VVLG. כמרים *sicut leuans*. ION. *et fuit eis verbum meum sicut agricola bonus*, *qui allcuat humerum boum et relaxat* (frena) *in maxillis eorum*. Nam הֵרִים עַל valet *relaxare iugum*, *das Geschirr lüften*. Oppositum vide 1 Regg. XII, 4. הקשה על. Sic et SYRVS: *et fui ipsis tanquam qui tollit* (i. e. leuat) *iugum a ceruice eorum*. Sed O. הרים על sensu malo acceperunt vt Σ. qui vertit: *et putauerunt*, *quod imponerem iugum super maxillam eorum*. Illud אהיה *fui ipsis* intellexit sic: *habuerunt me pro eo qui* etc. Sed הרים על non est, *imponere* iugum. Id potius esset העלותי vid. Num. XIX, 2. Iam O. prouerbium prouerbio permutarunt: Pro: *ero ipsis auriga iugum collo imponens*: (nam sic intellexerunt) vertunt. εσομαι αυτοις ως ραπιζων ανθρωπον επι τας σιαγονας αυτου, *ero ipsis vt alapas alteri infligens*.

ואט וג׳) a נטה. *Inclinaui ad eos cibum*. Id est, leuando iugum effeci, vt collum protendere humique pabula legere possent. Confer h. l. illud: βουν αλοωντα μη φυμωσεις. Sed iam audiamus interpretes. Dathius: *iam vero in eos me vertam*, *eos domabo*. Prouocat ad O. qui sic vertunt: και επιβλεψομαι προς αυτον, δυνησομαι αυτω. Cod. Vatic. δυναμενος αυτῳ. Ait eos legisse

וְאַט אֵלָיו אוּכַל לוֹ

Hancque lectionem praeferendam esse censet, ob nostrae lectionis summam difficultatem. Sed O. legerunt ואט vt nos habemus. Nam *se inclinare ad alterum* potuerunt certe reddere: *ich will mein Gesicht auf sie richten*, quod Hebraeis est, *coercere*. Lectionem אוכל agnosco quidem aeque ac לו. Sed posteriorem modo genuinam esse statuo. Haec argumentis nititur idoneis, illa nullis. Nam לא ex commate sequente ad finem huius commatis esse translocandum, atque לו legendum, quod manifestum fit ex v. 11. et IX, 3. 6. vbi disertissime affirmatur, Israelitas in Assyriam et Aegyptum se collaturos esse, adeo vt negatio לא contradictoria esset. Iam lectio nostra

ואט אליו אכיל לו

non modo sensum, vt supra ostendi aptum, et verbis praecedentibus conuenientissimum suppeditat, verum etiam a Syro, Vulg. et Ion. confirmatur, hoc vno tamen excepto, quod לא vers. 5. expresserint.

v. 5. ישׁוּב) Ergo לא delendum. Sensus: Israelitae ad Aegyptios se conuertent auxiliaque ab Assyriis petent. Nam הוא מלכו *est* s. *erit rex eius* explicandum ex X, 6. Inde שוב in לשוב est, se ad Deum conuertere et ab hoc auxilia petere, missa in humanas opes fiducia.

v. 6. וחלה חרב בעריו) ו *quidem* — "*und, obgleich bereits*" etc. — v. 7. — *tamen* populus etc. חלה est *aegrotare, infirmum esse*. Dathius *grassabitur* a חלה *terere* v. Schultens. Origg. L. I. c. 9. Sed repugnat analogia membrorum. O. και ηϑενησεν ρομφαια εν τοις πολεσιν αυτων. Sic Syrus. Sed Vulg. *coepit gladius*, ac si esset a חלל. A. irruet. Σ. vulnerabit.

כלתה בדיו) כלה saepius passiue, quam actiue legitur — *infirmari*. Et pro בדיו lege בידיו, *das Schwerd wird in ihren Händen ermatten*. O. εν ταις

χερσιν αυτου. Σ. *brachia illius.* SYRVS. *euanescet e manibus eorum.* VVLG. *et consumet electos eius.* Legit בריו, nam ברים *puri*, verti solent *εκλεκτοι.* ION. *fortes eius.* Vel בריו *puros eius* vel בריאיו *pingues eius* ante oculos habuisse videtur.

ואכלה) O. *και φαγονται εκ των διαβουλιων αυτων.* Sic Syrus. Legerunt אכלו, quam lectionem pro genuina habeo. *Edere de consiliis suis* est, fructus consiliorum suorum percipere. Prou. I, 31. Esa. III, 10. Sed VVLG. *et comedet capita eorum.* Videtur lectionem aliquam graecam ante oculos habuisse, eandemque vitiosam. Forsan *εκ βουλων*: pro quo mendose vel habuit vel legit *κεφαλων*.

v. 8. ועמי) ו — *und doch* besinnen sie sich noch. Nam תלה est dubium haerere, nec scire quid eligas: Deut. XXVIII, 66. Dathius male, *inhaeret suae impoenitentiae.* למשובתי poëtice pro למשובה אלי. Nomina enim amant particulas verborum suorum. Et שוב constr. c. אל. SYRVS: populus meus haesitat in reditu *ad me.* ION. *ad legem meam.* O. *και ο λαος αυτου επικρεμαμενος εκ της κατοικιας αυτου.* Legerunt ועמו et מושבו.

ואל — על) ו, *et quamuis* — ad excelsum vocent eum prophetae (יחד) vno ore, tamen ne caput quidem extollit i. e. cohortationes istas plane negligit. Dathius: vocatur quidem vt ad Deum reuertatur, nec tamen omnes eum laudibus extollunt. Male; idque fatetur ipse, se sibi non satisfecisse. Sed miror virum peritissimum non vidisse ראש poetice omissum esse. Nam רום ראש phrasis notissima est — *in die Höhe sehen.* O. *ο δε θεος επι τα τιμια αυτου θυμωθησεται, και ου μη υψωση αυτον.* Legerunt:

וְאֵל עַל יְקָרוֹתָיו יִחַר וְלֹא ירוממו.

Nam חרה est *exarsit* et יקרות sunt *pretiosa*, *τιμια.*

SYRVS: *et Deum inuocant* ܘܐܠܗܐ ܢܩܪܘܢ ܘܐܟܚܕܐ ܢܬܪܝܡܘܢ. Legit

יְאֵל אֵל יקראו וְבַחַד וְלֹא ירומם.

VVLG. *iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur.* Legit

וְעֹל יִקְרָאוּ יחו וְלֹא ירומם.

Nam קרה et קרא *euenire.* Hiph. *euenire facere* επιςελλειν *immittere*; quod autor huius versionis pro *imponere* accepit, in Hophal. Sic fere ION. *et infirmitatem grauem incurrent simul: non ambulabunt statura erecta.* Interpretatus est עֹל per *grauem infirmitatem*, et יִקְרָאוּ legit, quod accepit pro יִקְרוּ (a קרה) *occurrent, incurrent.*

v. 8. איך אתנך) quomodo dabo te —— nam תת et שום promiscue ponuntur pro עשה (v. 9.) *tractare,* se gerere aduersus aliquem. O. τι σε διαθω Εφραιμ; AR. *cur amem te?* SYR. quomodo defendam te, ac si esset אגנך.

אמגנך) מגן *tradere* —— exitio. Gen. XIV, 20. Prou. IV, 9. Saepius non legitur. Semel nomen Thren. III, 65. O. υπερασπιω σου f. σε ex Cod. Al. Ισραηλ; Sic SYRVS et VVLG ac si esset a גנן. ION. rectius, *perdam.* Σ. optime, εκδωσω σε. Θ. αφοπλιζω σε.

כצבאים) Lege וכצבאים. Nam inepte verba איך אתנך cum כאדמה iungunt interpretes. Est contra analogiam, vt כ post איך ponatur. Rectissime O. τι σε διαθω; ως Αδαμα θησομαι σε και ως Σεβοειμ; SYRVS אמגנך non habuisse videtur. Vertit: *aut quomodo te reddam! vt Adama aut vt Seboim?*

נהפך עלי לבי) Quasi " subuersum est apud me cor meum„ i. e. summo animi affectu commoueor. SYRVS עלי non expressit. VVLG. *conuersum est in me cor meum.* O. μετεςραφη η καρδια μου εν τω αυτω ac si esset עליו.

נכמרו) *ſimul aeſtuant poenitudines meae* i. e. ſummo commiſerationis affectu moueor. O. *συνεταραχθη η μεταμελεια μου.* SYR. *et retecta ſunt viſcera mea.* Legit וְנִכְמְרוּ רחמי Sic IONATHAN.

v. 9. אעשה) *facere iram* eſt, agere pro ira ſua. O. *ου μη ποιησω κατα την οργην του θυμου μου.*

אשוב) ſe vertere *ad* (ל) aliquid, dicitur de *deliberantibus.* Senſus: id conſilium non capiam, vt perdam Iſraelitas. SYRVS et ION. ולא legerunt. O. *ου μη εγκαταλιπω του εξαλειφθηναι τον Εφραιμ, non deſeram ita vt perdam* — Legerunt לא אעזב, adeo vt exemplum habeas permutati ש cum עז, quae litterae in Codd. MSc. ſimillimae ſunt; vt dixi in Obſ. criticis. ARABS legit *και ου μη* — quod confirmat lectionem ולא, quam pro genuina habeo.

ולא איש) Non ſum vindictae cupidus et inexorabilis, vt homines ſunt, vtque — multa Syſtemata theologica Deum fingunt. SYRVS: *quia Deus ego ſum ac non homo inter vos: ſanctus ego, et vrbem non ingrediar:* alia interpunctione vſus.

בקרבך קדוש) i. e. inter vos color. *Ich bin die Gottheit die ihr verehret.* SYRVS et ION. leg. בקרבכם. O recte, *εν σοι,* nam קרב in tali caſu ſemper redundat.

לא אבוא בעיר) Dathius: *non veniam in iram,* ab עור *feruere;* conſtructio ſine exemplo. Alii: *non occidam in vrbe* (vt ſol.) Alii: *non veniam contra vrbem* i. e. non oppugnabo eam, non puniam. Alii: *nullam veniam in vrbem* (ſc. aliam) praeter Ieruſalem. Sic IONATHAN. Sed deeſt mihi exemplum vocis לא ſic adhibitae. Ego tertium explicandi modum praefero hactenus.

v. 10. וילכו) vid. not. ad v. 2. O. leg. אֵלֵךְ *ibo.*

ישאג) dicitur de leonibus catulos ſuos ad eſcam clamore inuitantibus. Syrus vertit ac ſi eſſet: כְּאַרְיֵה

שׁאג. Noſtra lectio poſtulat vt ſubaudias אשׁר, *qui* — ſicut leo rugiet.

כי) immo — ſimulac rugiet.

ויחרדו) חרד pr. *trepidare*, deinde, *reuerentiae plenum eſſe*. Sequente אל et אחרי valet vel, *trepide*, vel, *reuerenter* ſe ad aliquem *conuertere* eumque *adire*, 1 Sam. XIII, 7. Gen. XLII, 28. ſeq. ל 1 Sam. XVI, 4. Alterutram particulam h. l. poetice omiſſam eſſe, docet מ commatis ſequentis.

בנים מים) ים h. l. mare rubrum, quod Palaeſtinis ad occaſum ſolis erat. Iam *filii ab occidente*, ſunt Iſraelitae iſti immorigeri, qui in Aegyptum confugerant. O. *τεκνα υδατων*, leg. מַיִם. Syrvs, *filii de populo*, leg. מעם. Vvlg. *filii maris*, leg. הים.

v. 11. כצפור) imago notionem *του* חרד referens. "*Schüchtern.*„ Sic *adeunt* Deum, qui cum damno ſuo ſapere didicerunt. Id etiam innuitur voce כיונה. O. *και εκπτησονται ως ορνεον*. Vatic. et Ar. *εκστησονται ως ορνεον*. Alex. *ηξουσιν ως ορνεα*. Priorem lectionem praefero, vt difficiliorem. Vvlg. eam expreſſit, vertens: *et auolabunt quaſi auis*. Sic fere Syrus ܢܦܪܚܘܢ. Et חרד olim etiam notauit *verſcheucht werden*, *auolare* (*εκπετασμαι*) et vniuerſim *abigi*, *expelli*. Hinc O. *το* החריד vertunt *αποσοβεω* Deut. XXVIII, 26. Ier. VII, 31. et *διωκω*, Eſdra IX, 4.

והושבתים על — בתיהם) ſedes fixas in patria ſua reddam. O. *και αποκαταστησω αυτους εις τους οικους αυτων*. Sic הושׁיב reddunt etiam Ierem. XXIII, 7. Sed et in iſto loco eos השׁבותים (a שׁוב) legiſſe exiſtimo. Sic et Syrvs et Ion. *reducam*.

SECTIO SEPTIMA.

Cap. XII.

v. 1. סבבני) סבב *circumuenire* — mendacio i. e. vanis promissionibus de emendando animo ac moribus.

ויהודה) ו *verum.* Sub Ezechia reformatio in Iudaea suscepta est, cum contra Israelitae sub Hosea essent corruptissimi.

עוד רד עם אל) Explicandi modus tutissimus *is* est apud Hebraeos, qui sensu membri alterius nititur. Iam נאמן docet רד esse a רדד *firmum esse, perseuerare.* Itaque *firmus est cum Deo* nihil aliud valet, quam *constanter Deo adhaeret.* Dathius cum Schroedero רדד notare, ait, *discurrere, huc illuc vagari.* Verum tunc non עם sed מ sequi oporteret. Et miror Dathium non vidisse Iudaeos laudari. — Sed videamus de versionibus. O. εκυκλωσε με εν ψευδει Εφραιμ, και εν ασεβεια (Vatic. ασεβειαις) οικου (Vatic. et AR. οικος) Ισραηλ και Ιουδα. νυν εγνω αυτους ο θεος, και λαος αγιος κληθησεται θεου. (ARABS leg. κλιθησεται a κλινω, reddit يَنْثَنِي *deflectet.*) Primum מרמה permutarunt cum מְרִי rebellio, *impietas*, ασεβεια. Deinde verbis νυν εγνω κ. λ. expresserunt lectionem hanc:

עתה יְדָעֵם אל וְעַם קדשים נאמר.

A. επικρατεια ac si esset nomen a רוד *dominari.* Etiam SYRVS το ויהודה praecedentibus iunxit, reliqua sic vertens: *donec descenderit populus Dei, populus sanctus et fidelis.* Legit

עַד רד עַם אל עַם קדשים ונאמן.

Accepit רד pro infinitiuo verbi ירד *descendere.* VVLG. *Iuda autem testis descendit cum Deo, et cum sanctis fidelibus.* Legit

ויהודה עֵד יָרַד עם אל.

IONATHAN lectiones plures expressit in paraphrasi sua, quod saepius fecit, quodque viri docti nondum annotarunt. — Vertit: *et qui de domo Iuda fuerunt validi in cultu* (habes lectionem nostram רָד עִם אֵל *firmus fuit cum Deo*) *donec exulauit populus Dei de terra sua*, (habes lectionem SYRI, עַד רָד עַם אֵל) *et illi qui venerationem exhibuerunt coram me in domo sanctuarii*, (est lectio SYRI עַם קְדֹשִׁים) *vocantur populus sanctus* (habes lectionem τῶν O. עַם קְדֹשִׁים נאמר) *in eo quod fuerunt stabiles*: —— נאמן, lectio nostra!

v. 2. רעה רוח) *pascuntur vento* i. e. inanibus dediti sunt consiliis. O. ο δε Εφραιμ πονηρον πνευμα. Leg. וְאפרים et רע רוח vel potius רוח רע.

ורדף קדים) רדף *insectari, cupidum esse*. Et קדים apud Orientales est ventus perniciosissimus. Hinc *sectari Eurum* valet, *sequi consilia perniciosa*. Confer locum egregium Iob. XV, 2. de vana et perniciosa sapientia. O. εδιωξε καυσωνα. Hinc VVLG. *aestum*.

כזב ושד ירבה) Dathius: *mendacia, simul vero perniciem sibi augent*. Verum ego ob vsum frequentiorem שד *actiue* accipio. "*Betrug und Unterdrükung*." O. κενα και ματαια επληθυνε. Leg. שוא vel adeo שו. SYRVS et ION. *rapinam multiplicarunt*, leg. ירבו, et sic postea יכרתו et יובלו. Contra O. et Vulg. singularem numerum vbique tuentur ירבה — יכרת — יובל. Et alterutra lectio retinenda. Ego singularem praeferrem, adeo vt יכרת rescribendum sit.

שמן) Oleum praecipuus Palaestinae prouentus, quo carebant Aegyptii. Tales res mittebant reges iis quorum amicitiam et foedera ambirent. Hinc ION. שמן vertit קורבנא *munera*.

v. 3. וריב) ו *ideo*. VVLG. *ergo*. —— *Est mihi lis*, de Deo valet, *habeo quod reprehendam*; ob quod puniam. Et יהודה vbi synonymice ponitur cum יעקב no-

tat *Iudaeos* in vniuerſum. Adeoque ipſi Ephraimitae h. l. deſignantur.

ולפקד) Meo iudicio ו delendum. Nec O. id expreſſerunt. Vertunt: *του εκδικησαι τον Ιακωβ.* SYRVS et ION. *vt puniat.* Leg. ויפקד VVLG. *et viſitatio*, ac ſi eſſet ופקדה vel infinitiuus ופקד.

כמעלליו) Verſiones omnes וכמעלליו, hac tamen differentia vt O. et VVLG. כדרכיו ad ישיב referant, ION. vero et SYRVS noſtram interpunctionem ſeruent. — השיב ſeq. ל eſt *vicem reddere.* O. *κατα τας οδους αυτου και κατα τα επιτηδευματα αυτου ανταποδωσει αυτω.* Iam notandum, Hoſeam in hac ſectione Deum cum populo diſſerentem inducere. Hactenus ergo Deus verba fecit. Iſraelitarum ſermo v. 4. 5. 6. continetur. Poſtea v. 7—12 — Deus fatur. Hunc populus interpellat v. 13. 14. Quibus propheta addit Epilogum v. 15. Haec praemonemus vt videas v. 6. non cohaerere cum v. 7. ſed potius cum v. 13.

v. 4. עקב) ſc. Iacob. Iſraelitas itaque inducit prouocantes ad praerogatiuas gentis ſuae, quas ipſis Deus conceſſiſſe videatur iam tum cum Iacobum, gentis autorem, tanto honore dignaretur, vt ius primogeniturae ipſi conciliaret et poſtea benedictionem ſibi ab ipſo extorqueri pateretur. — עקב pr. ſupplantare, *ein Bein ſtellen*, deinde vniuerſim *opprimere*, *eripere* alteri quod ſuum erat.

ובאונו) *aus allen Kräften.* Gen. XXII, 29. — שרה *certare* — אלהים *angelus* v. v. 5. VVLG. *et in fortitudine ſua directus eſt cum angelo.* O. *και εν κοποις αυτου ενισχυσε* (al. *ισχυσε*) *προς* (Trommius ſine *προς*) *τον θεον.* Videntur *ενισχυω* dixiſſe pro, *ſe valentiorem putare*, *audere contendere.* Confer v. 4. et Gen. XXII, 29. vbi eodem voc. vtuntur. Et ſic ARABS intellexit, vertens: تَقَوَّى مَعَ ٱللّٰهِ. Dicerem eum *μετα* legiſſe

pro προς, vt v. 5. nisi saepius προς per עִם *cum* redderet: v. c. v. 11.

v. 5. וישר) ו *et non modo* certauit cum angelo — ויכל *sed et* vicit. Nam יכל vt δυνασθαι est *superiorem euadere*, *superare*, *valere viribus* et adeo *praeualere*. O. ηδυνασθη. Ar, *voluptatem percepit*. Legit, ηδυνθειη.

בכה) fleuit et rogauit i. e. *mit Thränen*. Ex his verbis elucet ratio luctae istius. Non fingendus est Iacobus cum figura ista, in qua Deus apparuerat, vere luctasse. Sed amplexus est eam ita, vt Iacobus, cum se abituram esse simularet, vehementiusque se ab eius amplexibus liberare conaretur, fleret et obtestaretur, brachiisque simul cum tanto ausu eam occlusam teneret, vt resiliente ea, pede offenderet, femurque luxaret. Syrvs בכה non expressit. O. εκλαυσαν, εδεηθησαν μου. ac si esset בכו ויתחננו לי.

בית־אל ימצאנו) In Bethele eum offenderat Deus, i. e. in eo loco quem postea Bethel vocauit. O. εν τω οικω μου ευροσαν Al. ευρον με. Sic Arabs. Sed Vatic. rectius, εν τω οικω Ων ευροσαν με. Leg. ימצאני et בית־און. Reliqui interpretes nostram lectionem sequentur.

ושם ידבר עמנו) *ibique nobiscum*, aiunt, *plus vna vice postea locutus est Deus*. Lectioni עמנו fauet Ionathan et Vvlg. Sed Syrvs עמו *cum eo*, nempe Iacobo, quod et Dathio arrisit. O. και εκει ελαληθη προς αυτον. Sic Arabs. At Vatic. προς αυτους. Et miror Breitingerum hanc lectionem ineptam in textum suae editionis recepisse, altera, Codicis Alexandrini, in marginem reiecta.

v. 6. צבאות) sunt pr. *copiae*. Ergo אלהי צבאות est „*Gott der Menge*.„ Deus, dominus vniuersi: παντοκρατωρ.

יהוה זכרו) nullus ſenſus commatis, nullaque eius relatio ad v. praecedentem. Sed Ion. et O. legerunt יהיה *erit*. Nec aliter Syrvs legit, cum verteret: *recordatus eſt eius*. Senſus: *et Ioua dominus vniuerſi factus eſt ipſi nomen*, i. e. dedit ei nomen ſuum, nempe *Iſrael*. — Iam Deus Iſraelitis ad gentis autorem prouocantibus reſpondet. Praeſtate ergo, inquit, eandem obedientiam, tum vobis eundem praeſtabo fauorem quo Iacobum ornaui.

v. 7. ואתה) *tu itaque* ad Deum tuum redi. Sic Syrvs.

שמר) *ſtrenue exercere*, φυλασσειν. — Senſus: pietati et aequitati ſtude: fiduciamque in Deum (non Aſſyrios) pone. O. και εγγιζε προς τον θεον σου διαπαντος. Cum קוּוֹת nuspiam ſic reddant, crederem eos קרב legiſſe pro קוּה.

v. 8. כנען) *der Kaufmann* — *in ſeiner Hand iſt* etc. Supplenda eſt particula aduerſatiua. Nam poetae orientis amant tranſitiones inopinatas. *Verum* mercatores tui, ait, procul abſunt ab aequitate etc.

אהב) αγαπαν c. inf. *ſolere*, IV, 18. et עשק h. l. vniuerſim *iniquum eſſe* aduerſus alios. Ion. *rapinae*.

v. 9. ויאמר) ו, et tunc adeo dicere audet.

מצאתי און לי) *inuenire ſibi* eſt, ſibi comparare. Et און ſunt *vires*, *opes*, ipſique adeo *labores* quibus opes comparamus, nec non *dolores*, quos nimii labores creant. Hinc Syr. *dolores*. Ion. *rapinam*. A. ανωφελες αυτω, legit לו. Vvlg. *idolum*, ac ſi eſſet אָוֶן. O. ευρηκα αναψυχην εμαυτω. Videntur legiſſe אור pro און. Nam אור *lux*, tropice dicitur de *refectione*.

כל־יגיעי וגו׳) יגיע ſunt *opes laboribus partae*, et *inuenire alteri aliquid*, eſt *ſufficere* ad aliquid. Senſus: nonne opes iſtae meae ſufficerent mihi ad delendam culpam quam contraxi? *Da kann ich ja Hecatomben*

schlachten!„ De isto vsu verbi מצא vide Ios. XVII, 16. Iud. XXI, 14. Num. XI, 22. vbi O. αρκεω habent. עון *peccatum* h. l. *reatus* peccatis contractus — et חטא *contrahere* — reatum. Legendum חטאתי, cum Vulg. et Syro. O. παντες οι πονοι αυτου ουχ ευρεθησονται αυτω, δια αδικιας ας ημαρτεν. Leg. יגיעיו et לו: porro, יִמָּצֵא et בעון: denique חָטָא. Ion. *Propheta dic eis: omnes diuitiae vestrae non perduraturae sunt in die retributionis peccatorum vestrorum.* Ex hac paraphrasi, etsi a textu satis aliena, tamen cognoscitur lectio יִמָּצֵא. Et si supponas, paraphrasten verba in prima persona prolata sponte in verba prophetae mutasse, concedendum est, eum etiam חטאתי legisse. Hoc certe efficitur, lectionem חָטָא nullum veterum tueri.

v. 10. ואנכי) *Und ich* — bey aller dieser deiner Frechheit — *sollte dich* etc.? — מארץ, ego, qui *inde ab* Aegypto i. e. inde a tempore isto, quo te ex Aegypto ducebam, Deus *tuus* i. e. protector et benefactor eram etc. Nam haec est vis pronominum possessivorum, vbi voci אלהים affiguntur, in V. aeque ac in N. T. O. Syr. Ion. supplent הוצאתיך *eduxi te.* Videtur glossa antiquissima esse. Vulg. nostram lectionem confirmat.

כימי מועד) porrone te habitare faciam in tentoriis vt diebus festis? i. e. *laete et tranquille.* Nam terra sancta temporibus festis, in quibus Iudaei vndique ad sacra Hierosolymitana confluebant, patebat. Et Deus tamen id effecit, vt eo tempore tuti et incolumes permanerent, quamuis vrbes et pagi essent fere אהלים i. e. domicilia patentia hosti. Hinc fere prouerbium: *vt tempore festi:* i. e. laete ac secure. O. καθως ημερα εορτης. Sic Arabs. Sed Vatic. ημεραι. Ion. מועד indefinite accepit pro עולם, atque adeo vertit: כיומי קדם.

v. 11. ודברתי) ו, *cum tamen:* et דבר c. על est *oracula dare*, cum de Deo dicitur. — *Multiplicare*

visiones, est *crebro oracula dare* per visiones propheticas. SYRVS: *visiones meas.*

אדמה) *comparare*, *assimilare* h. l. per imagines et figuras nunciare res futuras. — "da ich doch so oft deinen Untergang dir vorgebildet habe.,, Syr. O. Vulg. legerunt אֻדַּמֶּה in Pual. Et O. praeterea בידי expresserunt cum verterent: *και εν χερσι προφητων ωμοιωθην.*

v. 12. (אם — גלעד און) pro בגלעד. *Si in Gilead idolum est* — et hic tamen Deaster suos abduci passus est — profecto idolorum cultus res vanissima et stolidissima est. Respicitur ad abductionem Gileaditarum per Tiglatpileserum 2 Regg. XV, 29. et supponitur simul notio vulgi de idolis, a quibus tutelam et auxilia expectabant. — אך *vtique stolidissimi sunt*, *qui* (nam אשר subaudiendum vt fecere VVLG. et O.) *in Gilgal porro sacra peragunt.* O. *ει μη Γαλααδ εστιν, αρα ψευδεις ησαν εν Γαλααδ* (rescriberem *Γαλγαλ*) *αρχοντες θυσιαζοντες.* ARABS: *nisi Galaad est maledictio, mendaces sunt in Aad principes sacrificantes.* Legit mutilatum *ααδ*, deletis vel omissis in suo codice litteris *Γαλ.* Caeterum haec versio facit, vt suspicer in O. olim lectum fuisse, *ει μη Γαλααδ εστιν αρα, αρα ψευδεις κ. τ. λ.* Sic און expressum appareret. Et facillima erat alterius *αρα* omissio. Certe און *insania*, *stultitia summa* poterat ab Alexandrinis reddi *αρα*, cum et Prou. XII, 24. אולת *stultitiam*, eodem vocabulo reddiderint. Interim שורים non sunt *principes* h. l. sed *boues*. SYRVS: *In Galaad dolores, et in Galgal vanitati sacrificastis boves.* Haec lectio

בגלעד און ובגלגל לשוא זבחתם שורים

tam procul abest a textu hodierno vt versionem Syr. h. l. emendationis indigentem statuerem.

גם וגו') *gleichwol* — כגלים, allusio ad גלגל — גל *tumulus* — vid. X, 4. Sensus: et tamen aras ha-

bent innumeras. Syrus: legit מזבחותיכם. O. και τα θυσιαστηρια αυτων ως χελωναι επι χερσον αγρου. χελωναι sunt quidem *testudines* vt et Arabs vertit, sed O. ipsas *glebas* in sulcis agrorum, hoc vocabulo exprimere voluisse, nullus dubito. A. ως σωροι. Σ. *acerui lapidum*, teste Hieronymo. Sed Barberin. Σ. ως βατραχοι, Θ. *colles* teste Hier. sed. Barb. Θ. αλωπεκων. Iam continuatur oratio populi ad praerogatiuas maiorum prouocantis.

v. 13. ויעבר) עבר c. ב *seruitio sibi aliquid comparare* — *verdienen*. Et שמר dicitur vt Germ. *hüten*. In prosaicis adderetur את הצאן, vt fecit h. l. Ionathan.

v. 14. ובנביא) per Mosen.

נשמר) Seruatus est Israel in tot periculis viarum: cum per desertum iter faceret. Syrus legit נביאים in vtroque membro.

v. 15. הכעיס) כעס *indignatus est*, *succensuit*. Piel et Hiph. *irritauit* — παροξυνειν, εκπικραινειν, — *erbittern*. Ad תמרורים supple ב: *Amaritudines* sunt *facta maxime impia* et offendentia. Vulg. *ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis*. Videtur *me* et *in* et *suis* sponte suppleuisse. Sed O. εθυμωσεν εν Εφραιμ και παρωργισε. Delendum est εν. Oscitanter librarius bis scripserat. Nec Vatic. nec Ar. id habent. Legerunt

הכעיס אפרים והמרה.

Sic et Syrus: *iram excitauit Ephraim et exacerbauit*. Etiam Ion. verbum habet pro nomine.

ודמיו) ו *ideo* — דם *sunt culpae grauiores*, et נטש valet h. l. *diffundere se* vt 1 Sam. IV, 2. Ef. XVI, 8. Hinc O. αιμα αυτου επ αυτον εκχυθησεται.

וחרפתו) *ignominia* — alias semper passiue, sed h. l, e voc. דמיו apparet, actiue esse intelligendum, de

ignominia qua Deum affecerant —— *Schandthaten.* O· leg. ארגני fine fuffixo.

XIII, 1. כדבר) *olim cum verba faceret* in conuentibus nationis.

רתת נשא הוא בישראל) רתת eft $\alpha\pi$. $\lambda\varepsilon\gamma$. —— Lexica: *terror*, a chald. רתת *tremuit.* A. φρικη. Σ. Θ. *tremorem.* Senfus effet: Tribus Ephraim in conuentibus nationis praecipua erat tantaque pollebat autoritate, vt fi deputati eius verba facerent, vniuerfus confeffus obmutefceret reuerenterque audiret. Sed רתת poteft etiam id fignificare quod horrorem et reuerentiam injicit v. c. *edicta principum:* (ثرن *princeps.*) Sic intelligis τους O. qui vertunt: δικαιωματα αυτος ελαβεν, *leges tulit Ifraëlitis.* Nam λαμβανειν vt לקח dicitur pro *adportare.* Et huic notioni aptiffimum eft verbum נשא, quod proprie eft *ferre* leges: inde משא, *lex, fententia iudicis.* SYRVS: *dum loqueretur, Ephraim tremebat et factus eft princeps in Ifrael.* Legit

אפרים רָתַת, נָשִׂיא הוא בישראל.

Sic et IONATHAN. Ferri poffet haec lectio, fed aliter vertenda effet, fcilicet fic: dum verba faceret Ephraim, oriebatur filentium; (רָתַת impersonaliter —— *man fchwieg ehrerbietig ftill,*) principem fe geffit f. principatum obtinuit in Ifraele.

ויאשם) *verum vix* —— reatum fibi contraxerat per cultum idolorum —— *euanuit* ifta autoritas. Nam מות eft *mori* et trop. de republica et ciuitate dictum, valet, *im Verfall kommen.* O. και εθετο αυτα τη Βααλ και απεθανε, ac fi effet וישם pro ויאשם.

v. 2. ועתה יוספו) *et tamen etiamnum pergunt* —— O. και προσεθετο του αμαρτανειν ετι. ARABS: *et redit ad peccatum.* Ετι non legit. Vatic. και νυν προσεθετο του αμαρτανειν. —— חטא h. l. dicitur de *apofta-*

ſia (per idololatriam) vt αμαϱτια in epiſtola ad Hebraeos c. X. 26. c. XII. 4.

מסכה) O. χωνευμα, quod in fornace fuſoria conflatum eſt.

בתבונם) *nach ihrer Phantaſie.* — Sed O. κατ εικονα ειδωλων. Sic Vvlg. *quaſi ſimilitudinem idolorum.* Legerunt כתבונת. Sed עצבים pertinet ad ſequentia. "Fecerunt ſibi fuſile — nempe idola, quae ſingula nil ſunt niſi opus fabrorum.„ Is ſenſus lectionis noſtrae. Sed mox aliam proferemus.

כלה להם) *omneitas eius* referunt ad מעשה, hoc ſenſu: totum eſt opus artificis. Sed quorſum iam להם? Syrus vidit hanc difficultatem et ideo להם ad אמרים retulit, alterumque הם vel non legit (et poſſet certe abeſſe) vel oſcitanter neglexit. Vertit: *fecerunt ſibi — idolum opus artificis. Et dicebant eis* etc. ac ſi eſſet ואמרים להם. Sed ſuſpicor legendum eſſe כָלָה לָהֶם, *zu ihrem Unglük.* Certe O. συντετελεσμενα αυτοις, ita vt lectio iſta ſatis eluceſcat. Nam Eſ. XXVIII, 22. כלה eodem modo reddunt.

הם אמרים) הם referri deberet ad *ſacerdotes*: ſed cum horum in antecedentibus nulla mentio facta fuerit, mallem גם legere, ſi reperiri iuſta autoritas poſſet.

זבחי אדם עגלים ישקון) acclamatur illud: qui homines immolant, vitulos oſculabuntur i, e. oſculandi veniam habento. — Nam oſculum erat ſignum homagii Pſ. II, 10. O. αυτοι λεγουσι, θυσατε ανθϱωπους, μοσχοι γαϱ εκλελοιπασι Ar. in deſpectum venere. Legerunt זִבְחוּ. Et notionem του נשק obſoletam expreſſerunt. Forte notauit *oſculari*, inde *ſe ſubmittere* et mox etiam *contemni.* Syrvs: *o ſacrificantes hominem et vitulos oſculantes*: leg. ועגלים נשקים Vvlg. *immolate homines vitulos adorantes.* Legit זִבְחוּ et נשקים. A. μοσχους καταφιλουντες. Σ. μοσχους πϱοσκυνησατε.

v. 3. וכטל) O. *και ως δροσος ορθρινη πορευομενη*. Nempe משכים est, *quod mane fit* vel *est*. Et הלך vt *πορ*. est *euanescere*: i. q. עבר, quo h. l. Syrvs vtitur. Sensus: felicitas subito peritura.

יסער) Suba. אשר. — סער *stürmisch seyn* Piel *procella abigi*. Ignotus interpres: *αποφυσωμενη λαιλαπι*. Nam areae in Oriente sub dio erant.

וכעשן מארבה) subaudi אשר יסער post וכעשן, *sicut fumus*, quem ventus abigit *a fumario*. Nam ארבה est *foramen* ex quo fumus abit, per quod lux intrat et e quo prospectus patet. Hinc de fenestris aeque ac de fumariis dictum. O. *ως ατμις απο ακριδων*. Sed Vatic. vitiose, *ως ατμις απο δακρυων*. Lectio *ακριδων* refert *το* ארבה *locusta*. Sed Arabs habuit lectionem Theodotionis, *εκ καπνοδοχης*, quam etiam aliae *των* O. editiones profitentur. Certe مدخن quo vtitur, non modo *fumum* notat, vt Golius vult, sed et *fumarium*. A. *απο της καταρακτης* Σ. *de foramine*. Vvlg. *sicut fumus de fumario*.

v. 4. ואנכי) vid. XII, 10.

לא תדע) *ne colito* h. e. fiducia et amore. Et ו in אלהים verte *daher* — *solltest du ausser mir keine* etc. Denique מושיע refer ad תדע: neque colere deberes Deum neque seruatorem alium praeter me i. e. nullum praeter me vel cultu vel fiducia tua prosequi deberes. Syrus vt Cap. XII, 10. *qui eduxi te ex Aegypto*. Sed O. habent h. l. multa plura quam libri nostri masorethici. Εγω *δε κυριος ο θεος σου, ο στερεων* (Vatic. *τον*) *ουρανον και κτιζων την γην, ου αι χειρες* (Arabs: *αι χειρες μου*) *εκτισαν πασαν την στρατιαν του ουρανου, και ου παρεδειξα σοι αυτα* (Arabs: *αυτην*) *του πορευεσθαι οπισω αυτων* (Ar. *αυτης*) *και εγω ανηγαγον σε εκ γης Αιγυπτου κ. τ. λ.* Cum hic locus nullibi in sacro codice recurrat, locum non habet coniectura eo-

rum, qui haec verba illustrationis causa ex alio loco huc transscripta et in marginem collocata fuisse dicant. Mihi potius persuasum est, libros hodiernos carere commate integro, ex Alexandrinis restituendo. Omissum forte illud est quondam vitio librariorum, quorum oculus per ואנכי) deceptus erat, quod vocabulum vtriusque versus limen occupat. Itaque adscribam comma omissum, secundum lectionem optimam

ואנכי יהוה אלהיך יוצר השמים
ובורא הארץ אשר ידיו עשו כל
צבא השמים ולא הורעתיך אתם
ללכת אחריהם:
ואנכי הוצאתיך מארץ מצרים וגו׳.

v. 5. אני ידעתיך) Pergit enumerare beneficia apud ingratos collocata. ידעתיך *foui*, *curaui te*. Sed O. εγω εποιμαινον σε εν ερημω. SYRVS: *ego paui te in deserto*. Legerunt רעיתיך. Et haec lectio orationi textae conuenientior est, praesertim ob מדבר, cui voci proprium est vocabulum רעות. Et fere postulare videtur eam oppositio commatis sequentis — וכמרעיתם — paui eos — et quo magis paui — eo magis creuit fastus et lasciuia eorum.

בארץ תלאובה) haec verba addit, vt intelligatur quod h. l. מדבר sit מדבר שממה. Ar. الب est *sitiuit*. Hinc ION. *in qua desiderantur omnia*. O. αοικητω.

v. 6. כמרעיתם וישבעו) *secundum* pascuum eorum *et* saturati sunt i. e. quo meliora pascua offerrem, eo largius se satiabant.

שבעו וירם לבם) repete כ ac si esset וכשבעו, et quo magis satiabantur, eo magis lasciuiebant. Nam הרים לב est, *übermüthig werden*. SYRVS: *et paui eos, et expleuerunt ventrem suum, et elatum fiebat cor eorum*. Legit ורעיתים pro כמרעיתם et pro וישבעו legit ושבוע ישבעו *et satiando satiati sunt* q. d.

et expleuerunt ventrem ſuum. Sic omnino IONATHAN. Sed VVLG. *iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, et ſaturati ſunt: et leuauerunt cor ſuum.* Legit וַיִּשְׂבַּע׳ ,יִשְׂבְּעוּ כְּמַרְעִיתָם et וַיָּרִימוּ pro וַיָּרָם. Σ. *κατα την νομην αυτων, ην ενεπλησθησαν.* Legit וַיִּשְׂבְּעוּ et ו accepit pro אשר. O. *κατα τας νομας αυτων.* (fere ſic, ac ſi כמרעיתם pro quo leg. כמרעותם ad comma praecedens retuliſſent, cumque רעיתיך iunxiſſent) (Vatic. *και*) *ενεπλησθησαν εις πλησμονην*, (leg. וישבעו לְשָׂבְעָה) *και υψωθησαν αι καρδιαι αυτων.* Sic ARABS, qui et *και* illud habet, quod Vatic. tuetur.

על כן שכחוני) et ſic factum eſt vt me deſererent — שכח, deſinere in Deo dominum ac *ευεργετην* agnoſcere. VVLG. ſimpliciter, *et obliti ſunt mei.* Etiam Dathius על כן neglexit.

v. 7. ואהי) *ideo* ero ipſis etc.

אשור) a שור obſeruare, inſidiari, *lauern*, verbum *Pardis* proprium. Eſt enim hoc animal inſidioſum, ſoletque in arboribus reſidere, atque inſilire praetereuntes. Senſus: partim aperta vi vt leo, partim ex inſidiis, vt pardus, vos aggrediar. ION. vt nos haec verba intellexit. Sed O. *και εσομαι αυτη ως πανθηρ, και ως παρδαλις κατα την οδον Ασσυριων.* ARABS, qui cap. V, 14. ipſum voc. graecum litteris بنثير expreſſerat (nam Arabes nomen proprium huius animalis non habent) h. l. pro *πανθηρ* شبل *leonem* poſuit. Caeterum O. leg. וכנמר vt SYRVS et IONATHAN. Et *το* אשור etiam VVLG. et SYRVS de *Aſſyria* acceperunt.

v. 8. אפגשם) obuius ipſis ero vt vrſa catulis orbata. — Imago formidoloſiſſima! Sed שכל non modo eſt *orbari ſobole*, ſed etiam *carere* neceſſitatibus quibusuis vt Ezech. V, 17. XIV, 15. Hinc O. *ως αρκτος*

αποϱουμενη vt vrſa famelica: et SYRVS, *rapax.* Sed ignotus interpres, *ατεκνουμένη*, qui videtur eſſe E. nam VVLG. eum ſequitur, vertens, *velut vrſa raptis catulis.*

סגור) *clauſura*, id quod claudit — *pericardium.* SYRVS *membranam cordis.* VVLG. *interiora pectoris eorum.* ION. tropice intellexit vertens, *impietatem cordis eorum.* O. *και διαϱϱηξω συγκλεισμόν καϱδιας αυτων.*

ותבקעם) בקע *diſcerpere*, *die Stükken hin und her ſchleppen.* O. *και Φαγονται* (Vatic. *καταΦαγονται*) *αυτοὺς εκει σκυμνοι δϱυμου, θηϱια αγϱου διασπασει αυτους.* Legerunt

ואכלום שם לְבָאִים היער

cf. Ier. V, 6. XII, 8. SYRVS: *et deuorabit eos ibi leo* etc.

v. 9. שחתך ישראל) eſt infinitiuus nominaſcens. Perditio tua (adeſt) o Iſrael! — *du biſt verlohren!* SYRVS: *perdidi te o Iſrael.* Legit שחתיך.

כי בי בעזרך) Mendum manifeſtum! Aut cum ION. et VVLG. legendum עזרך ſine ב, (VVLG. *tantummodo in me auxilium tuum:*) aut cum O. et SYRO legendum מי. Poſterius praefero ob verſum ſequentem. O. *τη διαΦθοϱα σου Ισϱαηλ τις βοηθησει.* Sed addendum *σοι*, vt ARABS legit. Et SYRVS, *quis auxilio erit tibi?*

v. 10. אהי מלכך אפוא) *vbi rex tuus* (Iareb)? *vbi? immo ſeruet te nunc in tot vrbibus tuis!* פה eſt *ωδε huc.* Si coaleſcit cum interrogatiua אי, notat *vbi* et ſcribitur איפה et אפו., ſemel h. l. אפוא. SYRVS legit וְכָל pro בְּכָל.

ושפטיך) repete אהי, *vbi ſunt magiſtratus iſti*, per quos toties auxilia dedi. Iam iſtos שפטים, ait, quos olim repudiabatis, et quorum loco reges, gentium more, vobis praefici flagitabatis, reuocate — ſi poteſtis.

—— שרים, *Hofſtaat.* O. *κρινατω σε ον ειπας, δος μοι βασιλεα και αρχοντα.* Legerunt ישפטך pro ושפטיך et pro ושרים videntur legiſſe ושר׳ גם et גם ad comma ſequens retuliſſe, adéo vt ibi legerent גם אתן, *και εδωκα.* Et hanc lectionem non contemnendam tuetur etiam Syrus. Nec non Ion. ושר legit, verum גם non expreſſit.

v. 11. אתן) —— גם —— et dedi etiam regem in ira mea, ſed eundem mox auferam in ira mea i. e. *regnum* Iſraeliticum per Aſſyrios deſtruam. O. *και* (ſic גם ſaepius vertunt) *εδωκα σοι βασιλεα εν οργη μου, και εσχον εν τω θυμω μου.* Arabs: Scite: وقبضته ac ſi eſſet, *εσχον αυτον.* Certe et Syrus legit ואקחו *et auferam eum.*

v. 12. צרור) צרר in faſciculum redigere, et *reponere* ad vſum futurum. Sic צפן *abſcondere* h. l. *reponere.* Senſus: diſtuli poenam non ſuſtuli. Sic Ion. intellexit. Θ. *ενδεδεμενη αδικια αυτου:* ac ſi eſſet עָוֹנוֹ. O. *συστροφην αδικιας Εφραιμ, ενκεκρυμμενη αδικια* (Vatic. rectius *η αμαρτια*) *αυτου.* Legerunt צֹרֵר cf. IV, 20. Suſpicor verba *συστροφην αδικιας* olim ad comma ſequens pertinuiſſe et ſcripta fuiſſe ſic: *δια συστροφην αυτου εις αδικιαν,* hoc ſenſu: *deſtruam regnum ob eius conuerſionem ad impietatem.* Certe Arabs: *ob declinationem eius ad impietatem. Ephraim, abſconditum* (repoſitum) *eſt eius peccatum.* Syrus cum textu hodierno conſentit niſi quod וצפונה legerit.

חבלי יולדה) *ωδινες.* Matth. XXIV, 8. *Geburtsſchmerzen, Wehen:* trop. *ſummae calamitates.*

יבאו לו) בוא c. ב *intrare, ingredi* ſed cum על et ל *irruere, überfallen.* O. *ωδινες ηξουσιν αυτω ως τικτουσης.* Vatic. *ωδινες ως τικ. η. α.* Legerunt vt Syrus: חבלי כיולדה. Sic et Ionathan.

הוא־בן לא חכם) est embryo imprudentissimus. Notetur transitus subitaneus ab vna comparatione ad alteram. Mox matri, mox embryoni similem esse ait Ephraimum. Ign. int. *ανοητος*. O. *ουτος ο υιος σου φρονιμος*. Sed Breiting. *σου* in marginem reiecit et *ου ο φρονιμος* rescripsit. Male. Variauit lectio. Alii libri habebant *σου φρονιμος*, alii *ο φρονιμος*, (hanc in Hexaplorum fragmentis vide) alii *ου φρονιμος*, quae genuina est. Arabs: *σου φρονιμος* legit.

כי־עת לא־יעמד במשבר בנים) *fractio liberorum* est locus, e quo erumpunt infantes i. e. *matrix*. —— עמד germ. *inne stehen* —— *tempus* stare i. e. *diu* perstare. Docetur in quo sit ista imprudentia. Nisi enim esset imprudentissimus, ait, non tam diu perstaret in matrice. Sensus: conuersionem suam non tam diu differret, et sibi de consilio dolores recens exclusorum non augeret i. e. mala non pararet quae fluunt e dilata vitae morumque emendatione. Syrus et Vulg. leg. כי עתה pro כי עת. Lectio non contemnenda. Nam עת duriorem explicationem praebet. Contra si עתה legis, vertendum est sic: "imprudens est, *nam* alias *non nunc* adeo perstaret etc.,, —— עתה *bis diesen Augenblik noch.*

v. 14. מיד שאול אפדם) שאול *tartara* i. e. locus manium. Vide quae dicturi sumus ad Hab. II, 5. Tropice notat *interitum* vt מות. Et cum Hebraei modum potentialem per futura exprimant, אפדם verte *liberarem*. "*Gern errettete ich sie* etc.,, In פדה et גאל nullam aliam quaere notionem quam *liberandi*, *eripiendi*. Sic et in N. T. *σωσαι, λυτρωσαι, ρυσαι*.

ממות) Syrus: וממות. O. *εκ θανατου*. Sed Ar. *και εκ θανατου*, vt Vatic. Etiam Ion. *το* ו tuetur.

אהי דבריך) *essem* —— דבר est pr. id quo pecus agitur et domatur: *κεντρον* —— hodie *Peitsche*. Sensus: *domarem te o mors* et omnino abigerem i. e.

omnia mala a Iudaeis procul abesse iuberem, si fieri posset. Σ. εσομαι πληγη σου. SYRVS ܥܘܩܣܟ *aculeus tuus.* Sed το אהי pro *vbi* accepit, vt O. που. VVLG. *ero mors tua o mors*, nam דבר est etiam *pestis*, *mors*. A. E. που εισιν οι λογοι σου et sic hodierna lectio verti posset. Sed delendum est י et legendum דברך vt veteres omnes legerunt, praeter interpretes modo laudatos.

קטבך) απ. λεγ. — Σ. απαντημα *pernicies.* Θ. E. *plaga et conclusio tua.* IONATHAN de *interitu* intellexit. VVLG. *morsus tuus.* Chald. קטב et Ar. قطب est *secuit*, *amputauit.* O. που η δικη σου, θανατε; που το κεντρον σου, αδη; Variauit olim lectio. Alii libri pro δικη habuerunt νικη alii νικος. Alii που το κεντρον σου, θανατε; που το νικος σου, αδη; Et hanc lectionem Paulus seruauit 1 Cor. XV, vbi locum nostrum scite accommodat. Veram lectionem esse puto hanc: που το κεντρον σου, θανατε; που η δικη σου, αδη; *vbi aculeus tuus o mors? vbi exitium* (vel supplicium) *tuum o inferne.* ARABS lectionem hodiernam expressit: *vbi poena tua o mors? vbi aculeus tuus o inferne?*

נחם) Supplenda est particula aduersatiua, quam poetae saepius omittunt, quia, declamantes vel canentes, tales particulas voce et gestu indicare solent. "*Verum* iam consilium de perdendis Israelitis mutare non possum.„ Ratio redditur commate 15. — נחם est μετανοια *mutatio consilii.* Hebr. XII, 17. — *Abscondita est ab oculis meis* i. e. plane non video, quomodo mutare iam possim istud decretum.

v. 15. כי הוא אחים יפריא) Dathius: *nam cum ille inter populares suos sit indomitae naturae.* Format a פֶּרֶא *onager* verbum פרא *indomitae naturae esse.* Verum haec deriuatio primum per se ambigua est, deinde sensus quem ista praebet ad verba sequentia non apte

quadrat. Ego פרא et פרה permiſcue notaſſe credo *frugiferum eſſe.* Cumque deinde diceretur de beſtiis, orta eſt notio *laſciuiae* et *petulantiae*, quam ob alia loca iam obſeruaſſe iuuabit. Hoc loco verto *florere*, ſobole, opibus, potentia. Senſus: cum Ephraim inter fratres maxime floruerit (vid. v. 1.) nunc eum omnino deprimam et perdam. Sic comma optime cohaeret. Verſiones omnes ſic vertunt ac ſi eſſet יַפְלֶה vel adeo יַבְדִּיל *ſeparabit*, *diuidet*: quod etiam dicitur pro *diſcernere*, *iudicem agere.* O. διοτι αυτος αναμεσον των αδελφων διαςελλει. Vatic. διαςελει. Vbi Arabs habet يَفْصِل quod ipſum eſt hebr. בדל, notatque et *diuidere* et *dirimere* et *iudicare.* Vnde يوم الفصل eſt *dies iudicii.* Et διαςελλω easdem notiones obtinet. Iam ſenſus in verſionibus obuius is erit: *Ephraim inter populares iudicem egit*, (v. 1.) ſed mox iſta autoritas euaneſcet.

קָדִים) vid. XII, 2. O. επαξει ανεμον καυσωνα. Vatic. καυσωνα ανεμον. Legerunt יביא quod ad יהוה retulerunt. Sic Vvlg. et Ionathan. Nos vero: *irruet Eurus.*

רוח יהוה ממדבר עלה) *Ventus Iouae* eſt *ventus vehementiſſimus*, cui reſiſti non poteſt. *A deſerto adſcendere* dicitur quia eſt ventus *orientalis.* O. επ αυτον: leg. עָלָיו pro עלה.

ויבוש מקורו) *exareſcet fons eius.* Cum in Oriente rariſſimae eſſent aquae viuae et ſcaturientes, *fons aquarum* poetis erat imago ſummae felicitatis et abundantiae rerum optimarum. O. φλεβας — πηγας αυτου — Legerunt מקוריו et מעינויו. Sic et Syrvs. Sed Vvlg. *et ſiccabit venas* (φλεβας) *eius et deſolabit fontem eius* O. ουτος (Vatic. αυτος) καταξηρανει την γην αυτου, και παντα τα σκευη επιθυμητα αυτου. Suſpicor reſcribendum eſſe καταξανει. Mendum pro

cliue erat ob praecedens *αναξηρανει*. Καταξαινω est *contero*, *excorior*, *perdo* respondetque omnino τω שסה. Pro ארצר legerunt ארצו et חמרתו pro חמרה. In versione Ar. desunt verba *ουτος κατ. τ. γ. αυτου*.

XIV, 1. תאשם שמרון) *poenas dabit* —— Samaria. O. *αφανισθησεται*, more suo. Σ. *μεταμελησει*, *ream se esse agnoscet*.

באלהיה) Ion. באלהים.

SECTIO OCTAVA.

v. 2. כשלת בעונך) כשל *offendere pede* (*σκανδαλ.*) *labi* —— *interire* h. l. —— ב *propter* O. *εν* eodem sensu.

v. 3. קחו עמכם) קחת עמו est *secum ferre* —— *mitbringen*. Dathius male interpretatus est. —— דברים sunt *bona verba*, *deprecationes*, quod docet το קח טוב membri sequentis. Hinc Ion. recte: *afferte vobiscum verba confessionis*. O. *λαβετε μεθ εαυτων λογους και επιστραφητε προς κυριον θεον υμων*. Leg. אל יהוה אלהיכם. Sic et Syrus.

תשא) שאת עון est, auferre reatum, *condonare*. Et טוב, vt diximus, est i. q. דבר טוב *ein gut Wort*. Sensus: admitte deprecationem nostram. Lectionem nostram tuentur Ion. et Vulg. nisi quod posterior קח sine ו legerit. Sed O. *ειπατε αυτω, οπως μη λαβητε αδικιαν, και λαβετε αγαθα*. Legerunt

אמרו אליו אל תִשְׂאוּ עון וּקְחוּ טוב.

Syrus: *et dicite illi vt dimittat vobis iniquitatem vestram*, et suscipite bonum. Legit

אמרו אֵלָיו יִשָּׂא לָכֶם עֲוֹנְכֶם וּקְחוּ טוב.

ונשלמה פרים שפתינו) שׁלם eſt *reddere* vel *vicem* —— vel *vota* quae vouimus, et pro פָּרִים legendum פרי, *tauros* i. e. ſacrificia *labiorum noſtrorum* i. e. gratiarum actiones quas tibi vouimus. Nam *preces* in ſcriptura ſacra vocari ſolent ſacrificia, ob ſimilem effectum, quia ſcilicet Deum propitium et beniuolum reddunt. O. *ϰαι ἀνταποδωσομεν ϰαρπον χειλεων ἡμων* leg. פְּרִי. Syrvs, *et rependet vobis fructus labiorum veſtrorum.* Legit

וּשׁלם לכם פריות שפתיכם

Vvlg. et Ion. lectionem פְּרִי tuentur, quam et Lutherus expreſſit.

v. 3 על — סוס לא נרכב) *equis non vehemur* i. e. omne cum Aegyptiis commercium deſinet. Nam Aegyptiorum equi et equitatus in ſumma laude erant. Hinc interdictum Deut. XVII, 16. Sic et Eſa. XXX, 16. Syrvs ad initium commatis ואמרו repetiit et וְעַל — סוס legit. O. *ἐφ ἱππων* (Vatic. *ἱππον.* Ar. خيل germ. *Gäule*) *ουϰ αναβησομεθα.*

אלהינו) o dii noſtri! —— *dicere Deum* eſt colere vt Deum *ſuum.* Syrvs legit אלהים ſine ſuffixo. Ion. אלהנא Vvlg. מעשה. O. *τοις ἐργοις,* ſed Ar. بعمل *in opere*, forte reſcribendum العمال *operibus.*

אשר) pro באשר *nam.* Ion. דְּמִן. Syrvs: *quia tu misereris pupillorum.* Accepit יתום collectiue. Et יתום ſunt, *qui parentibus*, aut certe parentum ope *deſtituuntur*; trop. quiuis miſer aliorum auxilio deſtitutus. Vvlg. *quia eius, qui in te eſt, miſereberis pupilli:* ac ſi eſſet: כי אשר בך תְּרַחֵם יתום. Senſus noſtrae lectionis eſt: nam in te opem et tutelam habet quilibet miſer et egenus. —— Explicit Chorus et incipit reſponſio Dei.

v. 5. ארפא משובתם) משׁובה *auerſio, defectio,* et *ſanare defectionem* i. q. reparare damna, quae ſibi per

defectionem suam contraxerant. O. *κατοικησω τας κατοικιας αυτων*, leg. מושבתם.

אהבם נדבה) נדבה *spontaneitas*, was mit willigem Herzen geschieht. Hoc loco aduerbialiter, pro, בנדבה, ex animo. O. *ομολογως*. VVLG. spontanee. ION. בְּנִדְבָא. Sed SYRVS: *amabo vota eorum:* ac si esset אהב נדיבתם.

שב) *reuersa* est c. מ. *finita*, *sopita est*. SYRVS: *et* auertetur ira mea ab eis. O. *διοτι αποστρεψω την οργην μου απ᾽ αυτων*. Sic ARABS. Sed Vatic. *αυτου*. Leg. אשיב.

v. 6. כטל) vt ros — *erquickend*. O. *και εσομαι ως δροσος τω Ισραηλ*. Sic ARABS. Ac si esset ואהיה. Sed Vatic. *εσομαι*. ION. *et erit verbum meum vt ros Israeli.* Vides eum suum מימר ponere sine omni relatione ad aliquam in deitate personam. Nam *verbum meum* i. q. *ego*.

יפרח כשושנה) פרח, *ανατελλειν*, *aufschiessen*. Et שושנה sunt *der Blumenflor auf den Wiesen*. VVLG. *Israel germinabit sicut lilium*. Sed melius SYRVS: *ero sicut ros Israeli*, *et florebit* etc. Legit ויפרח, quod praefero.

ויך) הכה de arboribus valet *radices agere*, vt Germ. Wurzel *schlagen* — *βαλειν*. Et Libanus ponitur pro arboribus omnique sylua Libani.

v. 7. ילכו) ילך de arboribus — *late se diffundere*. ION. sensum expressit: *augebuntur filiis et filiabus*.

ויהי זית הודו) Oleae in Palaestina eximiae proceritatis et pulchritudinis — abundabantque frondibus et fructibus Ps. LII, 8. — הוד *Pracht*. SYRVS legisse videtur בהודו, vertit enim: *et erit vt olea ornata fructibus suis*. O. *ως ελαια κατακαρπος*.

וריח וגו׳) et odor ei, i. e. odores emittet — Dathius: *vt Libanon* — Grotius: *vt thus.* Posterior secutus est IONATHANEM, priori fauent O. VVLG. et SYRVS. Sensus: gratiosus erit apud omnes. Nam *foetere* dicuntur, qui odio sunt Gen. XXXIV, 30.

v. 8. ישבו ישבי בצלו) Dathius: *redibunt et sub vmbra eius degent*, ac si esset יָשֻׁבוּ. Sed cum olea sit ipse populus Iudaicus, non video ad quem referre velit, *redibunt.* Ineptum enim esset dicere, Iudaeos redituros esse sub vmbram *suam.* Sed Syrus: *et reaedificabuntur et sedebunt in vmbra eius.* Legit וְיֻשְׁבוּ וְיֵשְׁבוּ. Nam τo הֵשִׁיב saepius per restituere, reaedificare reddit. Ego lectionem יָשֻׁבוּ praefero nostrae et retineo יֹשְׁבֵי hoc sensu: *recreabuntur sedentes in vmbra eius.* Nam הֵשִׁיב valet etiam *reficere* et הוּשַׁב *refici, recreari.* — O. επιςρεψουσι και καθιουνται υπο την σκεπην αυτου, leg. וְיָשְׁבוּ vt IONATHAN.

יחיו דגן) חיות in Piel *viuificare* trop. *fructificare* (se) h. l. *florere sobole.* Ad דגן supple כ e membro sequenti "*Sie werden sich mehren wie das Korn*„ hundertfältig. Verba יפרחו כגפן *florebunt vt vitis* idem valent, quod יחיו כדגן. O. ζησονται και μεθυσθησονται σιτω. και εξανθησει ως αμπελος το μνημοσυνον αυτου. Primum verba και μεθυσθησονται suspicor esse alius interpretis et forte Symmachi: eaque e margine in textum irrepsisse. In Hexaplorum fragmentis alius reperitur qui vertit ςηριχθησονται. Nempe חיות est *frugiferum esse, multos fructus ferre,* deinde *abundare, augeri, roborari.* Nec μεθυσθησονται aliter intelligi debet, quam "summam abundantiam habebunt„ — *werden überschüttet werden.* Deinde זכרו male ad יפרח retulerunt. SYRVS: *viuent ex frumento.* ION. *et viuent mortui et accrescet (bonum) in terra:* ac si legisset

וחיו פגרן ויפרח בארץ

nam פגרי est *cadauer* et cum terminatione plur. chald. פגרן.

זכרו כיין לבנון) Memoria eius erit *vt vinum Libani:* —— vt *Valernum* dixisset Romanus. Sensus: vt vinum optimum vocaturi, vinum Libani in ore gerunt, sic gentem beatissimam nuncupaturi, gentem Israeliticam nominabunt.

v. 9. מה לי) Lege מה לו. O. τω Εφραιμ τι ετι αυτω και ειδωλοις; Ion. et Syrvs. ויאמר supplent. "Ephraim dicet: quid mihi etc.„

אני עניתי) Lege עִנִּיתִי *afflixi.* O. εγω εταπεινωσα αυτον. Sic et Syrvs. Et haec lectio respondet optime membro sequenti.

ואשורנו אני) Dathius: *sed eundem iterum curabo*: recte quidem sed lectioni nostrae non conuenienter. Nam שור nuspiam sensu bono dicitur, sed de *inimicis insidiis.* Suspicor genuinam lectionem esse אעזורנו ab עזר adeo, vt denuo exemplum habeas permutati ש cum עז. Hanc certe lectionem tuentur O. και εγω κατισχυσω αυτον, quo verbo saepissime το עזר expressere. Vvlg. *et dirigam eum.* Ion. *et faciam eum*, ac si esset ואעשנו.

כברוש) O. εγω ως αρκευθος πυκαζουσα. Hoc εγω e varietate lectionis ortum. Alii libri habebant, ואני אעזרנו, alii: ואעזרנו אני, alii vitiose bis: ואני אעזרנו אני.

v. 10. נבון) Syrvs ונבון. O. η συνετος.

VATICINIA IOELIS.

VATICINIA IOELIS.

De aetate horum vaticiniorum non constat. Drvsivs censet Ioelem prophetasse breui ante abductionem *Iudaeorum* in captiuitatem, deductis iam *Israelitis:* quia Israelitarum in suo libello nullam omnino mentionem fecerit.

I, 1. יואל בן־פתואל) De Ioele eiusque parente nil certi affirmare licet. Rabbini eum ad 1 Sam. VIII, 2. referunt. Tantae antiquitatis noster non est. Et istius filii erant improbi 1 Sam. VIII, 1 — 15. O. τον του βαθουηλ. Ar. *filium* Bethuel.

v. 2. הזקנים) זקן nomen *aetatis* aeque ac *magistratus*, cum *ciuilis*, tum *ecclesiastici*. Sic Marc. XI, 27. πρεσβ. Luc. XVII, 47. sunt οι πρωτοι του λαου. — זאת *quae dicturus sum.* O. ακουσατε δη ταυτα, ac si esset שמעו נא זאת, sed Vatic. δη non habet.

הארץ) Iudaea.

v. 3. עליה) Primum על, gr. επι, valet h. l. *de*. Sic et in N. T. επι pro περι Marc. VI, 52. Io. XII, 16. Deinde foem. יה pro Neutro. Vti illud αυτη εστι θαυμαστη εν — hoc mirabile — Matth. XXI, 42. cf. Ps. CVII, 4. Ier. IX, 11.

v. 4. יתר. הגזם) Confer Bochartvm in Hieroz. P. II. L. IV. cap. 4. et 5. et cel. Michaelis in *Fragen an eine Gesellschaft* etc. p. 89. Is גזם vertit *erucam*, (*Raupe*) ארבה, *locustam* (*Heuschreke*) ילק *scarabaeum* (*Engerling* animalculum non alatum:) חסיל, *Feldgrille.* Sunt coniecturae. Sensus: mala varia immittam: quid post vnum superstes erit, per alterum destruetur; donec omnia sint vastata et deleta. O. το

καταλοιπα της καμπης κατεφαγεν η ακρις, και τα καταλοιπα της ακριδος κατεφαγεν ο βρουχος, και τα καταλοιπα του βρουχου κατεφαγεν η ερυσιβη. Ar. h. l. et II, 25. *ερυσιβη* vertit قمل *pediculi.* Syrvs habet explicationes ſupra poſitas: *reliquum erucae comedet locuſta volans, et reliquum locuſtae volantis, comedet locuſta reptans, et reliquum reptantis comedet gryllus.*

v. 5. שכורים) a שכר ſicera (*Aepfelwein; der ſehr hizzig war*) — שכורים *qui ſicera inebriati ſunt*, h. l. vniuerſim *potulenti*, O. *εκνηψατε οι μεθυοντες εξ οινου αυτων.* Ar. legit *εξ οινου υμων.* Legerunt, שכורים משכרכם.

והילילו) O. *θρηνησατε*, ſine ו.

על—עסיס) עסיס *vinum recens.* Vvlg. qui bibitis vinum *in dulcedine.* O. *οι πινοντες οινον εις μεθην.* To עסיס mox *γλυκασμος* mox *οινον νεον* vertunt, h. l. id exprimunt quod עסיס efficere ſolebat. Scilicet per dulcedinem alliciebat ad potandum et ſic inopinatos *inebriabat.*

כי נכרת) *ſoll ihnen vor dem Munde weggeriſſen werden.* O. *οτι εξηρται* (Vatic. *εξηρθη* vt Arabs) *εκ του ςοματος υμων ευφροσυνη και χαρα.* Verba *ευφρ. κ. χ.* videntur eſſe Gloſſa quam quis addidit ideo, quia על—עסיס retulerant ad שתי יין (*οινον εις μεθην*) ne nomen deeſſe videretur verbo נכרת.

v. 6. כי גוי) dicitur h. l. de *locuſtis*, ſed tropice indicantur Aſſyrii cum tot malis quae terrae ſanctae inferebant. — עלה c. על *inuadere* — עצום dicitur de robore, lignorum, animalium, hominumue, — *ramaſirt, ισχυρον.*

שחל (ומתלעות לביא לו) eſt genus — *leo*, אריה leo *mas*, לביא leo *foemina*, nam hae *molares* eximie maiores habere feruntur — et כפיר leo *iuuenis.*

v. 7. שׂם (שׂום c. ל. *redigere*, *verwandeln*.

גבני) Deus omne *suum* dicit quod in terra sancta erat.

לקצפה) O. εις συγκλασμον: vid. Hos. X, 7. קצף proprie est, *was oben schwimmt — leicht und bröklich ist* v. c. Meerschaum, Schaum von Töpfen, Kehrigt, Sägespäne, Holzstaub etc. Postrema notio hic locum habet. VVLG. *et ficum meam decorticauit.* Certe שׂום לקצפה posset reddi, *decorticare*, quamuis id demum exprimatur per sequens חשׂף. — Arbor autem decorticata tandem perit et corruit. Hinc additur השׁליך. SYRVS: *diuulsit et abiecit eam*, *et albos reddidit palmites eius.* Legit והלבין. O. ερευνων εξηρευνησεν (Vatic. αυτην) και ερριψεν, ελευκανε κληματα αυτης. Certe חשׂף *nudare* valet etiam *retegere* et ερευναν.

v. 8. אלי) אלה notat cum *desperare*, tum quicquid e tali animi affectu consequitur v. c. *eiulare*, *exsecrari*, *iurare* etc.

חגרת—שׂק) חגר est *sich ankleiden*, nam qui se induebant, vestem superiorem (ιματιον) demum cingulo constringebant: et quidem vel *circa pectus*, si in publicum prodeundum erat, vel *circa lumbos*, vbi ad negotia sua domestica se collaturi erant. Hinc *cingere* lumbos i. q. se parare ad obeundum negotium. שׂק autem est, *Trauerkleid;* habebat figuram sacci, quia circumquaque consutum erat. Sensus: *induta vestitu lugubri.* Iam additur causa luctus. — על־בעל נעוריה — scilicet בעל est *maritus*, *dominus*, et נעורה virginitas; itaque maritus virginitatis eius i. q. maritus eius iuuenis — *junger Ehemann*, cui nuperrime nupsit. O. θρηνησον προς με υπερ νυμφην (certe בתולה h. l. *recens nupta*) περιεζωσμενην σακκον επι τον ανδρα αυτης τον παρθενικον. Variauit olim lectio. Alii libri habebant אלי אלי כבתולה bis. Hinc verba θρηνησον προς

με, אֵלִי אֱלִי. Alii אלי על בתולה Hinc verba υπερ νυμφην. Et hae duae lectiones in editionibus hodiernis τῶν O. coaluerunt. ARABS legit: θρηνησον υπερ νυμφην et eleganter vertit: *Luge plus quam ſponſa induta cilicio ob virum ſuum virgineum.*

v. 9. מנחה ונסך) ferta et liba. O. εξηρται θυσια και σπονδη. —— ARABS σπονδη vbiuis reddit قارورة quod notat *ampullam* qua vinum continetur h. l. *ipſum vinum* quod libabant. Ineptus autor verſionis latinae vertit *alabaſtrum.* Dicit autem *templum* cariturum eſſe fertis et libis, quia frumenta et vina per locuſtarum rapacitatem interitura eſſe dixerat.

הכהנים משרתי יהוה) Lugebunt ſacerdotes, qui negotia obeunt in templo. Et שרת proprie eſt *obire negotia ſacra*, λειτουργειν. SYRUS: *ſederunt reges in luctu et ſacerdotes miniſtrantes domino.* Ego, ſi quid video, alios libros vitioſe habuiſſe puto המלכים pro הכהנים et hanc vitioſam lectionem, quam alii in margine notarant, in textum codicis, eius quo vſus eſt Syrus, irrepſiſſe. O. πενθειτε οι ιερεις οι λειτουργουντες θυσιαστηριω. Vatic. addit κυριου. Vox θυσιαστηριω gloſſam redolet ortam e commate 13. ARABS: *lugete ſacerdotes, miniſtrantes altari quoniam id afflictum* i. e. deſtructum *eſt.* Attende lector. In antiquiſſimis codicibus hebr. verba commatis ſequentis שדד שדה ibi non locum habuerunt. Alii lectionem habuere hanc

משרתי יהוה כי שדד שדה:

alii hanc

משרתי יהוה כי שדד:

Hinc et librorum antiquiſſimorum των O. alii ſic habuerunt: πενθειτε οι ιερεις οι λατουργουντες κυριου, οτι τεταλαιπωρηκε: et hanc ARABS lectionem expreſſit: alii cum gloſſa: πενθ. ο. ι. ο. λειτουργουντες θυσιαστηριω, vt ed. Breit. habet: alii ſic: πενθ. ο. ι. ο.

λειτ. θυσ. κυριου. vt Vatic. Vera autem lectio est: πενθ. ο. ι. ο. λειτουργουντες κυριου, οτι τεταλαιπωρηκε τα πεδια. Et hanc in libris hebraicis rescribendam esse censeo. Nam inepte audit: *deuastatus est ager, luget terra, nam deuastatum est* etc. Contra venustior est oratio si verbum אבלה limen commatis occupat.

v. 10. אבלה ארמה) agri *lugere* dicuntur cum messes deperditae sunt, adeo vt adspectus eorum tristis ac lugubris sit. O. πενθειτο, leg. אבלי. Syrus: ואבלה.

הוביש תירוש) בוש et יבש formas permutant: h. l. a יבש. O. εξηρανθη οινος: recte: nam תירוש est vinum recens et h. l. tale, quod etiamnum est in vuis nondum expressis. Ion. *aruerunt vites.* Vulg. *confusum est vinum*, ac si esset a בוש.

אמלל יצהר) אמל *verdorren, sich abzehren*, de hominibus, *sich härmen.* O. ωλιγωθη ελαιον.

v. 11. הבישו אכרים) est imperatiuus, quod Dathius non vidit. Nam vt ante compellarat v. 8. ciuitatem v. 9. sacerdotes, ita nunc compellat agricolas et vinitores. —— בוש *pudefieri, erröthen, erschrekken.* O. εξηρανθησαν, a יבש, inepte. Alius: κατησχυνθησαν. Ion. *pudore suffundimini!*

כרמים) vinitores. O. θρηνειτε κτηματα υπερ πυρου. Legerunt כְּרָמִים et posuerunt etiam h. l. vocabulum generis (possessiones) pro (vineis) vocabulo formae vt Hos. II, 15. Prou. XXXI, 16. Arabs: *eiulate armenta*, ac si esset κτηνη, pro κτηματα.

כי אבר קציר שרה) קציר de *messe* agrorum aeque ac vinearum dicitur. Hinc O. h. l. τρυγητος pro θερισμος, vt Hos. X, 12. קצר per τρυγαν interpretati fuerant. Sic et שרה dicitur de *agris* et *vineis* promiscue. Et אבר *periit* i. q. ad maturitatem non peruenit.

תמר ותפוח רמון גם תמר ותפוח) רמון *ϱοα, malus punica*, תמר *palma*, *φοινιξ*, תפוח *malus*, *μηλον*. Syrvs et O. ad singula verba ו habent. Vvlg. ad duo posteriora. Sed Ion. lectionem nostram tuetur.

וכל) כל—עצי. Nam יבשו *exaruerunt* i. e. *perierunt* cum רמון וגו' coniungendum est. Et Veteres omnes sic legerunt. עץ, vt *ξυλον*, *arborem* notare, modo tironum causa addimus.

הביש) כי הביש ששון melius הוביש exaruit i. e. *periit, ereptum est.* ששון pr. *gaudium magnum.* Accipe collectiue. Intellige, *die festlichen Freuden des Landmanns.* Es. IX, 3. Syrvs bene: nam *cessauit* gaudium a filiis hominis: sic Ion. sed O *οτι ησχυναν χαϱαν οι υιοι των ανϑϱωπων.* Sic Arabs: nam pudefecerunt gaudium filii hominum. *Die Menschen haben die Freude schamroth gemacht*: ac si esset, כי הבישו ששון בני אדם.

v. 12. חגרו) sc. שקים. Plene legitur Ier. IV, 8. Syrvs supplet, sed e Glossa, vt videtur.

ספדו) *κοπτεσϑαι* — pectus percutere et adeo stringere cutem vt sanguis erumpat. Is mos erat in luctu grauiori.

בואו) בואו לינו. O. *εισελϑετε* sc. templum. הלין *noctem transigere*. O. *υπνωσατε* — recipr. vt *αφυπνουν* Luc. VIII, 23. et *καϑυπνουν* Xenoph. mem. II, 1. 30.

אלהי) O. leg. אלהים.

v. 13. קדשו) קדשו צום saepe i. q. *indicere*, *instituere* — vt Liuius: instituere ieiunium Cereri cf. Drus. animadu. I, 14. O. *αγιασατε*. Inde Hesychius, *αγιασατε. κηϱυξατε.* Ion. scite: גזרו. Nam גזר est *instituere*, *ordinare*.

קראו) קראו עצרה קרא *ausruffen*, et עצרה notat conventum vel solemnem vnde Σ. *συνοδος*; vel sacrum, hinc O. *ϑεϱαπεια*.

וכל ישבי) Syrus וכל ישבי

וזעקו אל־יהוה) Syrus: *et clamate ad dominum Deum vestrum et dicite:* ac si esset, לאמר siue ואמרו אל־יהוה אלהיכם. Certe sequitur oratio Iudaeorum.

v. 14. אהה ליום) O. *οιμοι, οιμοι, οιμοι εις ημεραν* (magis graece *ημερας*) quod Arabs vertit ter *vae mihi.* Vulg. *A, a, a, diei.* Syrus bis *vae, vae.* Ion. semel. Iam יום est *tempus* et notat *statum* vel *fata* quae tempore quodam eueniunt, h. l. *calamitates.* Ita mox יום יהוה sunt *mala* a Deo immissa —— *tempora nubila.*

שד משדי) *vastatio a Deo*, est, vastatio maxima. Nam שדי est nomen Dei (a שדד) quod omnino *formidabilem* notat —— der *Furchtbare*, *Allgewaltige* —— *παντοκρατωρ.* Symmachus *ικανος* vertere solet, ac si esset a די sufficientia. O. *ως ταλαιπωρια εκ ταλαιπωριας ηξει.* Legerunt שד משד —— *alle Arten der Unglücksschläge.*

v. 15. אכל) *frugum* omne genus.

שמחה וגיל) *Freude und Tanz.* Innuuntur Thalysia. Vulg. *numquid non coram oculis vestris* etc. leg. עיניכם, male. Syrus et O. interrogationem negatiuam permutarunt cum propositione affirmatiua, quod per Hebraismum fas est. O. *οτι* (Vatic. sine *οτι*) *κατεναντι των οφθαλμων ημων βρωματα εξωλεθρευθη* (Vatic. *εξωλυθρευθη*) *εξ οικου θεου υμων ευφροσυνη και χαρα.* Rescribe *θεου ημων.* Arabs legit *οφθαλμων υμων.* Syrus מבית cum נכרת iunxit et ושמחה legit.

v. 16. עבשו פרדות) עבש *mucorem contrahere, mucescere.* פרדות *Samenkorn.* Sensus: *semina sub glebis corrupta sunt.* Cod. Barberin. *ευρωτια σε σιτοδοχεια απο των χεισματων αυτων.* Rescribendum *ευρωτια-*

σει σιτοδοχεια υπο των χϱ. α. Iam σιτοδοχεια ſunt *ſulci*, deinde *ſemina* ſulcis commiſſa. Stephanus nil habet. Ευϱωτιαν, *verfaulen*. ab ευϱως *caries*. Et χϱισματα ſunt *glebae* quibus quaſi *obducta* ſunt ſemina. Suſpicor eſſe verba Symmachi. O. εσκιϱτησαν δαμαλεις επι ταις φατναις αυτων. Legerunt

טפשו פרות תחת הרפתיהם

nam טפש eſt *pingue eſſe*, Talmudicis *ſalire*, et פרות ſunt *vaccae iuuenes*, denique רפתים *ſtabula* — a רפת *obſcoenum eſſe*: vertunt etiam Hab. III, 17. φατναι. SYRVS: *incoenatae manſerunt iuuencae ſuper praeſepibus ſuis*. VVLG. *computruerunt iumenta in ſtercore ſuo*. ION. *computruerunt dolia vini ſub operculis ſuis:* ſecutus, vt opinor eandem lectionem, etſi elegerit notiones vocabulorum obſoletiores. Lectio certe haec, tot autoritatibus munita, ſenſumque tam aptum et concinnum praebens, a criticis non negligenda eſt. Meo iudicio עבשו retinendum quia id SYR. ION. et VVLG. tuentur: ſed verba פרות תחת הרפתיהם praeferenda, hoc ſenſu: *das Vieh wird in ſeinem Miſte* (Ställen) *umkommen* — verfaulen.

נשמו אצרות) θησαυϱοι, αποθηκαι h. l. *horrea. Die Scheuern werden einfallen.* Deſcribit tempus triſtiſſimum, quo abducta erit incolarum maxima pars, quo agricolarum negotia ceſſabunt, quoque tanta foret rerum omnium confuſio et perturbatio, vt praedia et domicilia collabantur, pecora negligantur, agri inculti iaceant, omnia miſere pereant.

נהרסו) הרס, *demoliren*. מגרות *granaria, Fruchtbehälter*. Videtur et in vſu fuiſſe ſignificatus *torcularium*; nam Syrus et O. eum expreſſerunt.

כי הביש) *exaruit* i. e. *euanuit*. Nam nulla copia eſt frumenti. SYRVS: *et* aruit frumentum.

v. 17. מה נאנחה בהמה) hei quam ingemiſcunt iumenta. — אנח ſuſpirare, anhelare, أنح. —

בהמה sunt bestiae cicures cum maiores (בקר) tum minores (צאן) sed addito שדה sunt *ferae*. O. τι αποθησομεν εαυτοις. Drusius suspicatur εν εαυτοις esse debere. Legerunt

מה נניחה בהם

Arabs: *quid reponemus eis.*

נבכו עדרי בקר) a בוך quod in Niphal tantum legitur. Respondet graeco αποϱειϑαι, *laborare*, *nescire quo te vertas*. Sed O. εκλαυσαν βουκολια βοων, *fleuerunt armenta*. Leg. בכו. Sic Vulg. *mugierunt*. Syrus: *et fleuerunt*, ובכו.

מרעה) pr. *pastus*, *pastio* vt gr. νομη, Zosim. IV, 34. extr. deinde *pabula*.

נאשמו) Docet hic locus אשם etiam habuisse notionem *pereundi* adeo vt O. iure suo pluribus in locis eam expresserint. O. τα ποιμνια των πϱοβατων ηφανιϑη. Sic omnes. — Sequitur interlocutio Prophetae.

v. 18. נאות מדבר) נוה sunt loca quaeuis amoena. Et מדבר sunt nemora magna in quibus prata amoenissima. O. τα ωϱαια της εϱημου.

להטה) gr. αναπτειν.

v. 19. תערוג) ערג dicitur pr. de *areolis*, quae imbrem *sitiunt*: deinde vniuersim *vociferari*. O. sensum expresserunt, dum verterent: ανεβλεψε πϱος σε. In Hexaplis est, ανεβεψαν Sic Vatic. et Arabs. A. επϱασιωϑη. Πϱασιουσϑαι in Lexicis desideratur. Πϱασια est *areola*. Inde suspicor esse, *sitire imbrem*. Iam *sitire Deum* est suspirare et desiderare auxilium Dei. Vulg. scite: *sed et bestiae agri*, *quasi area sitiens imbrem*, *suspexerunt ad te*.

אפיקי) sunt *canales* — *die Betten der Flüsse*. O. αφεσεις υδατων h. e. fontes aquarum. — Iam pergit vaticinatio.

II, 1. תקעו) allocutio ad ſacerdotes. cf. Hoſ. V, 8.

והריעו) O. הריעו ſine ו.

ירגזו) *vt* perturbentur excitenturue. רגז quamuis animi commotionem exprimit, et inprimis metum. O. *και συναχθητωσαν*. Vatic rectius, *και συγχυθητωσαν*. Sic Arabs. Legerunt ויירגזו. Editio Compl. *συνταραχθητωσαν*. Puto eſſe interpretationem verſionis quintae. Certe Vvlg. habet: *conturbentur*.

כי בא וגו׳) O. *διοτι παρεϛιν* (*inſtát*, quae vera explicatio *του* בא) *η ημερα του κυριου, οτι ἐγγυς η ημερα του κυριου*. Ineptum additamentum *η ημερα τ. κ.* nec Ar. habet nec Vatic. — Sed Arabs verbis *οτι εγγυς* nouum comma inchoat. Sic et Vvlg. et Syrvs.

v. 2. יום חשך) tempora nubila. Vt אור beatitatem notat, ita *σκοτος miſeriam*. Cicero: *in tantis reipublicae tenebris* IV. ep. 3.

עפלה) differt a חשך vt *γνοφος* ſ. *ζοφος* a *σκοτος*. Senſus: immo miſeria maxima.

ענן וערפל) dies nubis i e. nebuloſus. Nam ענן eſt *nebula*, nubes leuior, et ערפל *nubes picea*.

כשחר) vt aurora i. e. *in momento*.

פרש) non refer ad שחר ſed ad עם. Hinc O. recte: *ως ορθρος χυθησεται επι τα ορη λαος πολυς και ισχυρος*.

דור ודור) O *εις γενεας γενεων*, ac ſi eſſet לדור.

v. 3. כגן־עדן) hortus amoeniſſimus; ab עדן *voluptatem creare*. Perſis *παραδεισος*. Hinc O. *ως παραδεισος τρυφης*. Sic et Syrvs.

מדבר) Syrvs, כמדבר.

וגם פלטה לא היתה לו) לו refer ad עם. Non ereptio illi i. e. ei populo nemo eripietur. Sic Syrvs: *nec erit qui ſe eripiat ab eo.* Vvlg. *nec eſt qui effugiat*

eum. O. και ανοσοζωμενος ουκ εστιν (Vatic. εσται) αυτω. Ar. *nec erit qui euadat.*

v. 4. כמראה) מראה *der Anblik* gr. ορασις. Hesych. ορασις, ειδος. Lat. *adſpectus* h. e. *ſpecies.* Suffixum refer ad עם, quo ſecundum ſenſum litteralem *locuſtae* indicantur. In Cod. Barb. ſuper ορασις ſcriptum extat οψις quod videtur eſſe alius interpretis. Sed in ed. Compl. in ipſo textu legitur.

ירוצון) רוץ *rennen.* O. ως ορασις ιππων η οψις (Vatic. ορασις) αυτων, και οι (mendoſe pro και ως vt Vatic. habet et Arabs,) ιππεις ουτως καταδιωξονται. Accipe καταδιωξονται cum Vulg. et Ar. pro *current.* Nam διωκειν ſaepiſſime valet *currere*, vid. Obſ. miſcell. Belg. Vol. V. T. III. p. 92. et Kypkium Obſ. N. T. II. p. 316.

v. 5. כקול) קול dicitur de quouis *ſonitu*: vt φωνη (αρματων Apoc. IX, 9.) h. l. *Geraſſel der Streitwagen.*

על) ſuba. אשר. Nam ad כ in כקול in toto commate non habetur verbum. Sed ſupplendum: ſi adventabit iſte עם, ſonitum edent, qualem edere ſolent currus per montana agitati. — Hinc Syrus: *vt ſonitus curruum ſtrepitantium per iuga montium.*

אש) non redundat omnino: ſed eſt εν δια δυοιν. *Flamma ignis* eſt, *Lohfeuer*, φλοξ πυρος Apoc. I, 20. Aliam addit imaginem. Iſte עם ſonum, ait, edet qualem flamma ſtipulas inuadens.

כעם) vt *exercitus.* Nam עם vt λαος ap. Hom. *exercitum* etiam notat. Tertiam addit imaginem: "*wie das Geräuſch einer aufmarſchirenden Armee.*"

ערוך למלחמה) ערך eſt verbum proprium *aciei inſtruendae.* Et מלחמה vt πολεμος 1 Cor. XIV, 8. de ipſo *proelio* dici ſolet. O και ως λαος πολυς

και ισχυρος παταςσομενος εις πολεμον. Legerunt וכעם רב ועצום. Etiam Syrus legit וכעם.

v. 6. מפניו יחילו עמים) עמים sunt *Iudaei.* Et חיל in Hiphil est *angi.* Proprie dicitur de angoribus puerperae parturientis. O. *απο προσωπου αυτου συντριβησονται λαοι:* quo ipso verbo vtuntur Graeci *tristitiam moeroremque* significaturi. Vnde Patres *contritio, Betrübniſs, Zerknirſchung des Herzens.*

פנים) ora.

קבצו פארור) קבץ lat. *contrahere*, pro *fieri.* Et פארור pro פרור notat *ollam*, *χυτραν*, deinde *nigredinem.* O. *παν προσωπον ως προσκαυμα χυτρας*, *wie ein angebrannter Topf.* Legerunt כבער פרור, vt vredo ollae i. e. *olla adusta.*

v. 7. כגבורים) *rüstig* —

כאנשי מלחמה) Syrus וכאנשי. O. *και ως ανδρες πολεμισαι.* אנוש redundat ad nomina qualitatis.

ואיש) O. *και εκαςος.* Ar. وَكُلُّ وَاحِدٍ *et vnusquisque*: vnde iungitur verbo plurali; vt in N. T. Io. XVI, 32.

יעבטון) עבט pr. *deflectere a via* deinde, *eine krumme Linie machen*, et vniuersim, *peruertere*, *perverſe agere.* Sensus idem qui membri praecedentis: *recta progredientur.*

v. 8. ידחקון) דחק *premere, vrgere, drängen*, ap. Syros *verdrängen*, *depellere.* O. *ουκ αφεξεται* — ab *απεχω abstineo*, *fugio:* leg. ירחקון a רחק *absum*, reciproce, *me amoueo*, *fugio.*

גבר במסלתו) גבר more Chald. et Syr. i. q. איש. — מסלה *Straſſe*, via strata, a סלל *sternere viam:* a quo differt דרך, quod ipsum solum notat quod pedibus calcamus euntes, et ארח, quod viam vniuer-

sim notat, quatenus linea eunti fere descripta est: —— *Boden* —— *Weg* —— *Strasse* ——

ובער השלח יפלו) בער *per. Per media tela ruunt.* שלח, *βελος*, *tela* omnis generis, et ipse *gladius* vt Iob. XXXIII, 11. XXXVI, 12.

לא יבצעו) Versiones omnes ולא. Iam בצע proprie *abschneiden* Es. XXXVIII, 12. diciturque de textoribus filum abscindentibus

abscindere

lucrum facere — *finire* opus
auarum esse. — consumere, *perdere.*

Sed legendum est יִבָּצְעוּ Sensus: ruent per medios hostes, nec laedentur. Sed iam de versionibus videamus, in quibus mira varietas. O. *καταβαρυνομενοι εν τοις οπλοις αυτων πορευσονται, και εν τοις βελεσιν αυτων πεσουνται, και ου μη συντελεσουσι.* Sic Ar. sed Vatic. *συντελεσθωσι.* Lectio quam secuti sunt haec est:

גבר בצנתו ילכו בכבר
ובשלחיהם יפלו ולא יבצעו.

Istud גבר quidem in editionibus hodiernis non expressum est, sed suspicor Alexandrinos id aut consulto omisisse, quia *εκαστος* iam praecesserat; aut librarios, per praecedens *αφεξεται* deceptos, oscitanter illud omisisse. Iam pro במסלתו legerunt בצנתו quod alibi per *οπλα* reddunt. Porro pro ובער legerunt בכבר *in grauitate*, vt Syrus, de quo mox. Et sic *ire in grauitate* interpretati sunt, *ire onustum.* Tandem בצע, *συντελειν* vertere iure potuerunt, vt apparet ex genealogia notionum supra posita. Itaque lectio *συντελεσουσι* exprimit lectionem יְבַצְּעוּ et altera *συντελεσθωσι* exprimit meliorem illam יִבָּצְעוּ Syrus: *alter alterum non vrgebit, sed quisque in via sua ibit; prae pondere armorum suorum cadent, et non perducent ad*

exitum. Legit vt nos, nisi quod pro ובער השלח יפלו habuerit fere vt O.

ומכבר שלחיהם יפלו

Vvlg. *per fenestras cadent.* Vitiose vt puto *fenestrae* e commate sequenti huc tralatae sunt. Rescriberem *per tela.* Ion. — *ad locum quo missi sunt trucidant, et non sumunt pecuniam.* Fauet nostrae lectioni nisi quod pro יִפְּלוּ legerit יַפִּלוּ. Nam נפל *cadere* dicuntur ii, qui in proelio intereunt: ergo in Hiphil est *trucidare.* Verba ובער השלח intellexit sic: *et in vsque missionem*, vertitque, *in locum quo missi sunt*, nisi diceres eum legisse ובבית השלח, *et in locum missionis.* Denique בצע vt supra ostendi, verti potest, *sich bestechen lassen.* Sicque sensus versionis Chaldaicae esset is: *sie geben wo sie hingeschikt werden und morden unbestechlich.* — Critici sagaciores intelligent, has omnes lectiones, et praesertim istam בכבר vel מכבר, attentione omnino dignas esse.

v. 9. ישקו) שקק (ar. سقّ) *discursitare* — vide בן משק Gen. XV, 2. Sed Ion. Syr. O. et Vvlg. legerunt יִשְּׁקוּ a נשק, quod est, *capere, apprehendere* — (O. της πολεως επιληψονται) deinde *arma capere*, vnde Ion. מזרינין. Etiam Vvlg. *ingredientur* q. d. capient. — Pro בחומה Syrvs legit ובחומה.

בבתים) O. και επι τας οικιας. Leg. ובבתים, vt et Syrvs.

בעד) Syrvs et O. ובעד.

v. 10. רגזה) depingitur iam locustarum aduentus per procellae tonantis descriptionem. רגז vt Schultensius docet ad Iob. III, 17. dicitur de motu *tremulo* nubis tonantis. Deinde vniuersim, *contremiscere* notat — *beben* — σειεσθαι. Matth. XXVII, 50. Et sequens רעש est gr. σαλευεσθαι, vt nauis in ancora stans iacta-

tur fluctibus. SYRVS: ורעשו. O. πϱο πϱοσωπου αυτων (Vatic. rectius αυτου) συγχυϑησεται η γη. ARABS: πϱο πϱοσωπου αυτου plane omisit.

קדרו) dicitur קדר pr. de habitu squalido lugentium: h. l. de coelo tenebricoso.

אספו נגהם) אסף נגה premere lumen. O. αϛϱα δυσουσιν το φεγγος αυτων. Δυνω per se neutrum est — occidere — sed h. l. vim actiui habet vt ανατελλω aliaque huius generis verba. In Cod. Barb. perperam legitur δωσουσι. Simili pictura Christus vtitur Matth. XXIV, 29. seqq. in denunciando Iudaeae exitio.

v. 11. ויהוה נתן קולו) Ioua tonat — Ioua ciet tonitrua. Nam קול יהוה sunt *tonitrua* Ps. XXIX, 3.

לפני חילו) *donnert vor seinem Heere her* — nam חיל dicitur vt δυναμις de *fortitudine* aeque ac *multitudine*. VVLG. *exercitus*.

מחנהו) i. q. חיל. O. παϱεμβολη *castra*, et ipse *exercitus*.

כי עצום עשה דברו) עשה refer ad *exercitum*, qui perficit exequiturue mandata Dei. O. οτι ισχυϱα εϱγα λογων αυτου. Legerunt

כי עצום מעשי דבריו

SYRVS: *et potens opus sermonis eius*. Legit מעשה דברו. VVLG. quia fortia (sc. sunt castra) et facientia verbum eius. Legit vt O. מעשי. Sic fere ION. *quia fortes exsecutores verbi eius*.

ונורא) επιφανης.

ומי יכילנו) הכיל υπομενειν. O. h. l. eleganter: και τις ικανος εϛιν (Vatic. εϛαι, vt et Arabs) αυτη. Suspicor hanc esse Symmachi interpretationem.

v. 12. ובצום רגו) feriae emendationis et poenitudinis *signa* edite. O. leg. נאם יהוה אלהיכם. SY-

RVS: בצום sine ו, vt O. AR. et VVLG. Sed Vatic. και habet.

v. 13. ואל) non tam — quam — Scissio vestium signum luctus maximi et detestationis. Vid. praeter Geierum de luctu Hebr. c. 22. Mollius et Longi Pastor p. 97.

רחום חנון (כי ר׳ וגו׳) *humanus, menschenfreundlich* — *empfindsam, zärtlich* — ארך אפים μακροθυμος VVLG. *patiens.* SYRVS ואריך. — נחם *paenitere*, Hebraeis est, *animum, consilium mutare*, vt supra monuimus. O. και μετανοων επι ταις κακιαις. Et κακιαι sunt h. l. *poenae.* AR. *et poenitens turpitudinum humanarum.* | Non dubito quin glossa olim in margine fuerit ad κακιαις, quae deinde in textum irrepserit, adeo vt ARABS legerit: κακιαις ανθρωπων. SYRVS: *auertens malum.* VVLG. *praestabilis super malitia.* Et *praestabilis* est, *edel, grosmüthig.* Sic Saluian. de Gubern. 4, 116. coniungit verba: *immisericors et impraestabilis.* Lexica vulgaria hanc vocem non habent. — Sequitur epilogus prophetae.

v. 14. מי יודע) *wer weiss ob* etc. Esth. IV, 14.

ישוב) VVLG. SYR. O. supplent אם, quod supplendum esse docet dictus Estherae locus. Et שוב de Deo dictum i. q. נחם — *minas non exequi.* VVLG. conuertatur et *ignoscat.* O. τις οιδεν ει επιστρεψει, και μετανοησει. Sed AR. — num reuertatur *dominus* — e glossa, sine dubio. ION. *Quis scit apud se* (esse) *peccata, abscedat ab eis, et misericordia conferetur ei.* Forte pro ונחם legit, ורחם.

והשאיר אחריו ברכה) *post se* — post mala a se immissa Israelitis. Et ברכה est *copia bonorum* (vt ευλογια in N. T.) h. l. *frugum* — de quibus poterant Deo ferta ac liba offerre. Nam et ipsum ברך est *beneficiis ornare, beatum reddere,* contra ארר est *detrahere fauorem, exuere bonis, missum facere.* Haec ob

varia V. et N. T. loca notasse iuuabit. — Syrus pro אחריו legit באתריו *in loco suo.* Certe אתר Chaldaeis est *locus.* — Iam denuo orditur vaticinium.

v. 15. תקעו) vid. I, 14. II, 1.

עצרה) potest lat. *obsecratio* reddi h. e. sacra solemnia, quae aguntur pacis Dei exposcendae causa.

v. 16. עם) *die Nation* — ciues.

קהל) ἐκκλησια — i. e. coetus hominum iuris consensu et vtilitatis communione sociatorum. Sed עדה contra coetum cuiuscunque generis notat. Vitringa de Synag. vet. I, 1. 1. p. 79. seqq.

קבצו) pr. *auflesen, sammlen,* h. l. i. q. אסף, *cogere,* O. εκλεξαθε πρεσβυτερους, *conuocate primores.*

עוללים ויונקי) עוללים sunt pueri puellaeue *fari* nesciae — *infantes,* νηπια: יונקים vero infantes *vbera trahentes.* Alibi שדים omittitur vt Ps. VIII, 3. Mos erat in luctu tales in templum ducere. Iudith. IV, 10. O. leg. יונקי sine ו.

חתן) qui ritu solemni sponsae iunctus est, sed nondum eius notitiam habet. Sic et כלה intelligendum.

מחדרו) חדר vt חפה sunt, *conclaue* in quo dormiunt prima nocte. Et comparato Ps. XIX, 6. colligo, in eodem conclaui et iunctos esse. O. חדר reddunt κοιτων, pro quo incertus int. habet νυμφων, vnde Matth. XIX, 5. υιοι νυμφωνος. חפה vertunt παςος, *thalamus.* Interdicitur h. l. Iudaeis vsus Veneris. Confer 1 Cor. VII, 5.

v. 17. האולם) intellige de porticu s. vestibulo quod erat ante aedem, in qua vt in ipsa aede sacerdotibus versari licebat, non itidem multitudini. A. eleg. προδομος. Σ. προπυλαιον, pro quo Iosephus habet προναον. Puto esse ab אול, ita vt ם sit littera adscititia. A r. أول *praecessit,* vnde أول *primus, prior.*

ולמזבח) Plures erant arae: h. l. de illo altari sermo est, quod erat ante aedem in porticu sacerdotum; quod alibi vocatur מזבח עולה et distinguitur a מזבח הקטרת, *θυσιαςηϱιω του θυμιαματος* Luc. I, 11. XI, 51. O. verba בין אולם ולמזבח vertunt *αναμεσον της κϱηπιδος του θυσιαςηϱιου*, *in media basi* vel latere *altaris*. Sic AR. *in medio margine* seu basi *altaris*. SYRVS: *inter gradus altaris*. Et sic idem Ezech. VIII, 16. eadem verba hebraica reddidit: vbi O. *αναμεσον αιλαμ και αναμεσον θυσιαςηϱιου*: quae verba, certe primam eorum partem, Aquilae esse suspicor. In O. credo fuisse *ναου* pro *αιλαμ*, nam ARABS id expressit.

על־עמך, עם יהוה est *ciuitas Dei*, quae et in N. T. dicitur *λαος θεου* 1 Petr. II, 9. 10. et *βασιλεια θεου*.

נחלתך) נחלה pr. quod quis possidet iure haereditario: deinde, *possessiones, bona*, in vniuersum: vt *κληϱονομια*. Hoc loco q. d. *deine Erblande*.

למשל־בם) SYRVS: *ne des opprobrio et dominio gentium*. Sensum secutus est; nisi diceres, eum legisse ולממשלה.

בעמים) *de* — Israelitis. Sed SYRVS sine ב "*vt ne dicant gentes*" Istud vero *vt ne* pro למה etiam O. expresserunt: *οπως ειπωσιν εν τοις εθνεσι*.

אלהיהם) *Deus eorum* i. e. qui eos tuetur, ornat, ditat.

v. 18. ויקנא) ו *tum* — nempe cum sic exoraueritis Deum. קנא c. ל. semper sensu bono — *für einem eifern*; — *vindicare*, *asserere*.

ויחמל) חמל vt חום est *parcere*, sed quatenus quis commouetur iactura rei iucundae, חום vero, quatenus quis mouetur malo ipso. Notetur constructio. Cum על valet *parcere*, sed cum אל *parce vti*, vt Ier. L, 14.

v. 19. ושבעתם אותו) שבע tantum habere s. accepisse, quantum desideres — *abundare*. — אותו distributiue positum. Hinc Vvlg. vt O. εμπλησθησεσθε αυτων. Syrvs אותו omisit, quod saluo sensu fieri poterat.

v. 20. ואת־־הצפוני) הצפוני est, vel qui *viuit* in regionibus septentrionibus subiectis, vel qui *venit* inde. O. απο βορρα. Vbi βορρας non est *aquilo* sed *septentrio*. Apoc. XXI, 13. Caeterum nomina gentilia singularia, vbi ponuntur sine proprio nomine, simpliciter; semper habent vim pluralium. Ergo h. l. *septentrionales* i. e. *exercitus inde veniens*. Et docent haec verba, vt opinor, per locustas indigitari Assyrios.

ארחיק) O. eleg. *εκδιωξω αφ υμων*. Nam *εκδιωκειν* i. q. *διωκειν, agere, abigere*.

והרחתיו) O. εξωσω (ab εξωθεω) pro quo male in marg. Cod. Barb. legitur εξοισω.

ושממה) vbi nulla sunt pascua, arbores, agni etc. O. *και αφανιω*, leg. וְשַׁמֹּתִי, male.

את־פניו) refer ad הרחתיו. — פנים est *agmen primum* (Avantgarde) et סוף *agmen nouissimum*.

הים הקדמני) est mare mortuum s. lacus Asphalticus, qui sic dicitur, quia erat ad ortum solis. Ezech. XLVII, 18. O. επι την θαλασσαν την προς ανατολας. Sed h. l. θαλασσαν την πρωτην, quia sequitur אחרון. Nam קדם est Iudaeo id quod ipsi ante faciem est. Iam faciem preces facturus ad orientem vergebat. Hinc ipsi plaga orientalis praecipua erat, quam קדם anteriorem vocabat. Sic אחרון, *was hinter ihm ist*. Alibi vocatur ים המלח Gen. XIV, 3. cf. Iustinus XXXVI, 3. Pausanias Eliac. I, 7. — האחרון *das gegenüberliegende*. Vocatur et ים simpliciter, et ים הגדול, mare mediterraneum, etiam ים הפלשתים.

צחנתו) *foetor acerrimus;* plus est quam באש. O. βρομος: Istum vero σαπριαν dicunt quo vocabulo et A. באש reddit Amos IV, 10. vbi Σ. διδοσμια, quod Stephanus non obseruauit.

הגדיל לעשות) *insolenter agere.* "*Hat's arg gemacht.*" O. οτι εμεγαλυνθη (Vatic. εμεγαλυνε, vt et Arabs) τα εργα αυτου. Legerunt מעשיהם pro לעשות.

v. 21. אל—תיראי) O. θαρσει, sic postea v. 22. θαρσειτε κτηνη. — גילי proprie: *tanz'* und sey lustig. — כי—הגדיל — "*wird's noch ärger machen.*"

v. 22. כי דשאו נאות) נוה vid. I, 19. Σ. νομη. Syrus *progerminabit herba verna in* etc. Haec est optima interpretatio verbi דשאו. Nam דשא est, *der junge Ausschlag* von allen Gräsereyen. O. βεβλαστηκε τα πεδια της ερημου. "Reuirescunt pascua sylvarum."

כי—עץ נשא פריו) *arbores* — frugiferae sunt. Hebraei promiscue dicunt נתת et שאת et עשות פרי — διδοναι — ποιειν — φερειν καρπον. O. ηνεγκε, (pro quo in Cod. Barb. mendose est ενωκε) puto esse Aquilae. Syrus: ועץ. Ion. *coronata sunt* habitacula deserti.

חילם) ισχυς sunt *copiae*, diciturque de hominibus et fructibus. O. transposite: αμπελος και συκη εδωκαν την ισχυν αυτων. Sic Arabs. Sed Vatic. συκη και αμπελος. Syrus: *et vitis et ficus* — legit etiam transposite: וגפן ותאנה, et ו bis habet.

v. 23. ובני ציון) ציון est *Hierosolyma* — posita parte potiori pro toto. Et בני sunt *incolae*, *ciues*, vt Matth. XXIII, 37. Syrus: בני sine ו.

שמחו ביהוה) *in Deo* i. e. de bonitate Dei. O. χαιρετε επι — vt Luc. I, 47.

מורה לצדקה) De his verbis dissentiunt interpretes. Σ. τον υποδεικνυοντα *doctorem*, *instructorem*. Sic

plerique: *doctorem iustitiae*. Verum obstat oratio texta. Sermo est de frugum copia, sterilitatisque pristinae compensatione. Quid in tali nexu doctor iustitiae sit, ego non video. Ergo מורה, si retinetur lectio, accipio de *pluuia* et צדקה cum sit *liberalitas*, לצדקה verto *large*. Sed examinemus veteres. O. εδωκεν υμιν τα βρωματα εις δικαιοσυνην, *dabit vobis victum large*. Ar. *cibum in sufficientiam*. Leg. בְּרִיָה pro מורה, vt 2 Sam. XIII, 5. 7. 10. Hanc lectionem etiam Syrus habuit, *dabo vobis escam* iustitiae i. e. *iustam, largam*. Ego vero hanc lectionem praefero 1) ob autoritatem Syri et των O. suffragiis Ionathanis et Vulg. longe anteponendam. 2) quia בריה est lectio difficilior — 3) quia מורה non simpliciter *pluuiam*, sed *pluuiam tempestiuam* (*Frühregen*) denotat: et sic, secundum lectionem vulg. מורה bis in eodem significatu occurreret. Sed contra Analogiam est ponere speciem in vno membro et eam in altero repetere speciei alteri iunctam. Contra lectione noua suscepta, prius membrum effectum, posterius modum et causam contineret: 4) quia mox גשם promittitur adeoque idem bis promitteretur, si velimus מורה לצדקה *pluuiam largam* retinere. Nam et גשם est *pluuia larga, imber*. Aptius itaque fluit oratio sic: "dabo vobis annonam largam, imbresque ideo demittam, autumnales scilicet istas aeque ac vernas.„ O. βρεξει υμιν υετον πρωιμον και οψιμον. — βρεχειν est i. q. επαγειν. Nam Gen. VII, 4. ממטיר reddunt επαγειν υετον. Ergo per βρεξει vere το יורד expresserunt.

בראשון) *primo mense*, qui est Nisan — vt Ion. addit. Sed quid necesse erat hoc addi, cum in מלקוש id iam contineretur? Et curne etiam ad מורה nomen mensis? Sed O. καθως εμπροσθεν. Et sic Syrus et Vulg. adeo vt vera lectio sit כראשון seu כבראשון pro כבראשנה Iud. XX, 32.

v. 24. ומלאו) ita vt plenae ſint areae meſſibus. — הגרנות areae, loca frumentis exprimendis facta, αλωνες. — בר frumenta, quatenus extrita ſunt ſpicis — *ausgedroſchen Korn* — cum contra דגן ſint frumenta cum ſpicis — a ברר vid. Ier. IV, 11.

השיקו) hoc verbum dicitur de *quauis exundatione*, cum *morali* (deſiderare — *ausſchweifende Leidenſchaft*) quam *phyſica*. O. υπερεκχυθησεται.

יקבים) ſunt pr. *lacus* torcularii. Ipſum *torcular* eſt גת. Sed h. l. de ipſis *cupis* in quas defluit muſtum, et *trapetis*, in quas oleum. O. ληνοι οινου και ελαιου. Debebant dicere υποληνια. Nam ληνος eſt ipſum *torcular*. Sed reperitur iſta permutatio etiam in N. T. vt Matth. XXI, 33. coll. Marc. XII, 1.

v. 25. ושלמתי) שלם eſt non modo *repenſare* ſed et *compenſare*. O ανταποδωσω υμιν αντι των ετων.

השנים) *annos* — i. e. fruges, annonam — quod docet אכל.

הילק) Syrus: והילק. — שלח c. ב eſt *immittere*.

v. 26. ואכלתם) אכל vt φαγειν et εσθιειν in N. T. de omni victu dicitur, pro *edere et bibere* h. e. *coenari*. Senſus: tanta vobis ſuppetet victus copia, vt nil amplius deſideraturi ſitis. Nam שבע eſt *ſatis habere*. Et Hebraismus in his infinitiuis notus. Syrus: *et comedetis et ſaturabimini*. Recte. Nam אכול redundat.

עשה עמכם להפליא) Hebraei, vbi actionem cum qualitate et modo depingere volunt, mox verbum qualitatis praeponunt vt ſupra הגדיל לעשות, mox poſtponunt vt h. l. עשה להפליא. Iam הפליא eſt *admiranda praeſtare*, inſigniora fauoris documenta edere. O. α εποιησε μεθ υμων εις θαυμασια. Reſcriberem ος pro α, nam et Arabs ος legit. Et εις θαυμασια non minus ex emendatione recentiori ortum videtur. Ar. habuit τα θαυμασια, quo fieret vt legerint הַפֶּלֶא.

בושׁ (יבשׁו, *erröthen, zu erröthen Ursach haben* — deseri a Deo. Et לא לעולם est *nunquam.*

v. 27. בקרב) *in medio* est, — *inter* Israelitas. Sensus: intelligetis me esse protectorem et opitulatorem Israelitarum. Sic intelligis Matth. XVIII, 20. ειμι εν μεσω αυτων i. e. adero, opem feram vobis. O. *και επιγνωσεσθε οτι εν μεσω του Ισραηλ εγω ειμι.* Recte εγω ειμι. Nam pronominibus personalibus Hebraei vtuntur pro verbo substantiuo. Ar. *et cognoscetis, quod ego in medio Israelis, ego inquam.* Vsus est codice in quo εγω oscitanter bis scriptum erat.

ואני יהוה) Syrus: אני sine ו.

ואין עוד) O. *και ουκ εστιν ετι πλην εμου.* Non certo dici potest, vtrum sensum exprimere plenius voluerint, an ואין עוד זולתי legerint, anve πλην εμου glossa sit. Certe et Syrus ita vertit.

עמי) O. *πας ο λαος μου.* Sed nec Vatic. nec Arabs πας habent. — Iam depinguntur fata post reditum ab exilio imminentia. Sed facit scriptor *υστερον πρoτερον.* Insigniorem Messiae Epocham, quamquam remotiorem, primum exponit; postea demum, statum Iudaeorum, qui reditum istum proxime excepturus erat, describit.

III, 1. והיה אחרי־כן) *postea* — i. e. aliquot secula post reditum e captiuitate. Sensus: post istam Iudaeorum restitutionem venient laetissima illa tempora, quibus magna ista per Messiam reuolutio continget etc. Act. II *εν εσχαταις ημεραις* i. e. *in fine veteris aeui,* quod est Hebr. אחרית הימים Mich. IV, 1. Syrus: egregie: *et postea* effundam.

שפך (אשפוך *effundere, profundere,* trop. *large dare.* Petrus vt O. *εκχεω απο του πνευματος μου.* רוח esse *vires*, *dotes* vt πνευμα in N. T. notissimum. בשר vt σαρξ sunt *homines* et speciatim homines *mortales na-*

turae imperfectae. Senſus: hominibus — imbecillis in-dam vires dotesque diuinas. — כל indicat homines cu-iusuis generis, aetatis, ſexus, facultatum, nationis, ſacro-rum. Sic πας Matth. IV, 23. — O. εκχεω κ. λ. Sic A R. ſed Vatic. και εκχεω.

ונבאו) נבא eſt pr. *ſummiſſim loqui*, vt נאם, *ins Ohr ſagen, heimlich benachrichten*: (inde vniuerſim *nuncia-re.*) Sic ar. نبا — et نباة *vox occulta et ſummiſſa.* Nam dii credebantur cum hominibus ſummiſſim collo-qui. Hinc נביא cum quo dii colloquuntur, et cui cum eis ipſum fari licet. Hinc נבא *loqui ex afflatu diuino.* Et ſic notio *vaticinandi* mere acceſſoria eſt. Nec etiam omnes נבאים nomine inſigniti, futura praedixerunt, ſed praecipuum eorum munus erat *docere*, et *morum* in-primis probitati inuigilare, piosque afflictos *fauoris* diui-ni certiores facere Act. IV, 36. Quare et προφητεια in N. T. nihil aliud eſt quam donum inſpirationis i. e. facultas loquendi ex afflatu diuino.

חלמות יחלמון) ενυπνια ιδειν. O. h. l. ενυπνια ενυπνιασθησονται. Eſt ſpecies του נבא. Nam afflatus diuinus fiebat vario modo, per *ſomnia* per (חזינות) *vi-ſiones vigilantibus* oblatas, per *angelos* i e. apparitiones Dei, per *vocem* coelitus delapſam (בת קול) per *ope-rationem immediatam* animum vatis tangentem etc.

בחוריכם) בחר *eligere, praeferre.* Et quia iuuenes ad militiam deligebantur, בחורים etiam *iuuenes* notat. O. νεανισκοι. — Supra pro זקניכם SYRVS habet וזקניכם, vt et O.

v. 2. העבדים) etiam homines infimae ſortis etc. O. καιγε (Vatic. et A R. και) επι τους δουλους μου και επι τας δουλας μου. Sic et Petrus. VVLG. *ſeruos meos*, ſed *ſeruas* ſine pronomine habet. ION. et SYR. nul-lum pronomen expreſſere. Et contextus pronomina repudiat. Petrus etiam in ſine commatis addit: και προφητευσουσι, quod et in quibusdam editionibus των

O. reperitur. Sed interpolatum eſt e verſu primo, vbi τὸ אשפך ſequitur ונבאו. — Itaque hoc loco, vt Petrus docet, nunciantur tempora Meſſiae, quibus futurum erat, vt dotes eximiae 1) maiori quam antea factum erat menſura 2) cuiuis hominum generi et 3) adeo gentibus tribuerentur. Notandum tamen, more prophetarum poni h. l. ſpecies donorum praecipuas ſaltem *genio Iudaico* expectatiſſimas, pro dotibus omnibus ac ſingulis, quibus aetas Meſſiae abundabat, quarumque *vere* optimae erant, amplificatio intelligentiae humanae in rebus diuinis, morum reſtituta caſtitas et ſanctitas, cultus externi puritas, vniuerſaeque religionis praeſtantia.

v. 3. ונתתי) ו *ſed poſtea* — inſtat interitus Iudaeae iſte inſignis, de quo iam Moſes vaticinatus eſt.

מופתים) non ſunt *ſigna* ſed *portenta*. Senſus: efficiam tunc magnas rerum conuerſiones in coelo et terra *conſpicuas*. Iam docet quomodo in *terra* conſpicuae forent. Ar. *dabo portenta in coelo et ſigna in terra. Signa* gloſſam redolent.

דם) *caedes* — quae in Iudaea variae fuerunt antequam extrema clades ſub Veſpaſiano irrueret.

אש) *incendia* — Memento et hic variarum catervarum quae tum terram et vrbem ſanctam peruagatae incendiis omnia replebant atque ruinis.

תמרות עשן) columnae ſ. globi fumorum ſurſum adſcendentes. Effectus incendiorum. Cantic. III, 6. Solus Ion. intellexit. Syrus et Vulg. vt O. ἀτμίδα καπνου, *vaporem* fumi. Sic Petrus. Mox docebit, quomodo conuerſiones iſtae etiam in coelo conſpicuae forent.

v. 4. השמש) *ſol* obſcurabitur a fumo ſurgente. Exaggeratio poetica. Incendia iſta ſic vel in coelo conſpicua erunt, vt ſol obſcuretur.

לדם) in ſanguinem i. e. in colorem rubicundum — quod fit vbi noctu incendia flagrant.

לפני בוא יהוה) *dies Iouae* eſt vniuerſim excidium a Ioua immiſſum. In N. T. notat ſpeciatim vel *exitium*

Iudaeae, quod Matth. XXIV, 6. 13. *τελος* et v. 39. *παρουσια του υιου του ανθρωπου*, v. 36. *ημερα εκεινη*, et in epiſtolis Paulinis *ημερα κυριου* vocatur — vel *iudicium extremum.*

v. 5. והיה) *tum.*

אשר יקרא בשם יהוה) *inuocare nomen Dei* eſt, profiteri verum Deum, verae religioni addictum eſſe. Eſ. LXV, 1. Zeph. III, 9. Zach. XIII, 9. Sic intellige Act. II, 21. IX, 21. vbi *επικαλουμενοι ονομα τουτο* ſunt *addicti religioni iſti* i. e. chriſtianae.

כי בהר) in monte Sion liberationi locus erit, h. e. profeſſoribus Meſſiae ſalus et ereptio ſperanda ſolis erit. Nam Sion i. e. Hieroſolyma ponitur h. l. pro metropoli Chriſtianorum. — פליטה *ſalus, immunitas a malis.* O. concretum pro abſtracto poſuere eodem ſenſu: *οτι εν τω ορει Σιων και* (Vatic. *και εν*) *Ιερουσαλημ εσαι ανασωζομενος.*

כאשר אמר) אמר *promittere* vt *λαλειν* Luc. I.

ובשרידים) שרד *ſuperſtes fuit.* Et שרידים ſunt vel poſteri ſuperſtites, vel qui poſt calamitates reſidui ſunt. Hinc O. Ioſ. X, 20. שרדו vertunt *διεσωθησαν*. Senſus h. l. is eſt: ereptio erit inter eos quos Ioua iſtis malis ſuperſtites eſſe decreuit, ſcilicet eos אשר יהוה קרא — de quibus deinceps. O. *και ευαγγελιζομενοι, ους κυριος προσκεκληται.* Leg. וּמְבַשְּׂרִים.

קרא) *καλειν* de Deo valet 1) *decernere* alicui beneficia 2) *conferre beneficia.* In N. T. dicitur ſpeciatim de beneficio fidei, adeo vt v. c. *κλησις* ſit fides chriſtiana ad quam beneficio Dei peruenimus. Senſus h. l. — quos Ioua ſingularibus fauoris ſui documentis ornaturus eſt.

IV, 1. 'כי וגו) כי *immo.* Dicturus eſt aliquid quod non expectauerant. Poſt iſtam reſtitutionem Iſraelitarum futura eſt aetas feliciſſima Meſſiae. *Immo* proxime eam excipiet alia epocha, propinquior iſta Meſſiae, nempe quae manet ipſos e captiuitate reduces. Et qualis haec futura ſit, iam copioſius deſcribitur. Verba בימים ההמה ובעת ההיא אשר redde vno verbo: *poſtquam* — Iu-

daeos et *inprimis* (ſic ו reddendum ante nomen formae, ſi praeceſſerit vocabulum generis) Hieroſolymitanos reſtituero in priſtinas ſedes. Pro אשוב lege אשיב.

v. 2. וקבצתי) ו *tum* — refer ad *το poſtquam* etc.

גוים) Barbari — qui Iudaeos antea vexauerant.

אל עמק יהושפט) dicuntur haec cum *alluſione* ad locum prope Hieroſolymas, vbi Ioſaphat Iudaeorum ſextus a Dauide rex, victis Moabitis, Ammonitis et Idumaeis, Deo gratias egit publice. 2 Chron. XX, 26. Non enim re vera Barbari iſtuc deducendi erant. Sed Hebraei, vt et alii poetae actionem ſubſtituunt actioni, quae in effectu eadem eſt. Sic h. l. re vera nihil aliud nunciatur quam hoc: Iudaei penes Hieroſolymas Deo gratias agent publice, vt Ioſaphat. Sed hoc in effectu idem erat, ac ſi Deus in eodem loco Barbaros publicae ignominiae exponeret et palam de iis vt iudex ſententiam ferret declararetque, ipſos iniuſte cum populo Dei egiſſe, adeoque nec ſua nec deaſtrorum ſuorum potentia efficere potuiſſe, vt Iſraelitae diutius iugum exterorum ferre cogerentur, adeo vt Iſraelitae nunc ſolemnes de hoſtibus agerant triumphos. Iam hanc poſteriorem actionem "deducentur Barbari in vallem Ioſaphat et publicae ignominiae exponentur„ poſuit noſter loco iſtius: "Iudaei publice Deo gratias agent de excuſſo Barbarorum iugo.„ Alii etymologice interpretantur: *in vallem iudicii Dei.* Sic Θ. *εις την χωραν κρισεως.* Sed O. vt nos, *εις την κοιλαδα Ιωσαφατ.*

ונשפטי) הִשָּׁפֵט *iudicari*, eſt, ſibi ius dici iubere, *mit ſeinem Gegenpart vor Gericht erſcheinen.* Senſus: ibi decidetur, quis aequior, potentior, fidelior fuerit ſuis, vtrum ego an Deaſtri.

על־עמי) *im Betref* meiner Nation deren Gott ich bin.

אשר פזרו׃בגוים) אשר refer ad עמי et פזרו ad גוים et ſequens גוים accipe pro pronomine. O. *οἱ διεσπαρησαν εν τοις εθνεσι*, ac ſi leg. פֻּזְּרוּ, vt et SYRVS legit. Sed huic

lectioni repugnat חלקו. Et in ed. Complut. est διεσπειρα, quam lectionem in quibusdem editionibus Vulg. deprehendes. Inde suspicor, veram lectionem των O. esse διεσπειραν.

חלקו) *diuiserunt*. O. κατεδιειλαντο eleg. pro διεμερισαντο, quo alibi vtuntur.

v. 3. ואל־עמי ידו) ידה גורל sortiri, in sortem conjicere, βαλλειν κληρον Matth. XXVII, 35.—אל positum pro על, solemni permutatione. v. Nah. III, 10. Respicitur ille mos, quo sortiebantur praedam atque adeo homines captos v. Nah. d. l.

בזונה) ב pro ל; *ad explendam libidinem*. Sed Syrus et Ion. aut leg. באתנן זונה vt Mich. I, 7. aut certe בזונה sic intellexerunt. Et sequens ביין id postulare videtur. Forsan et ipsum זונה olim dictum est, vt de *scortatione*, ita etiam de *mercede meretricia*. O. πορναις leg. לזונה.

וישתו) ו pro אשר vt και pro ος in N. T.

v. 4 וגם) auget interrogationem, indignationisque vehementiam indicat. "Immo vero, quid tandem audebitis?„ Vulg. *verum* quid mihi et vobis?

מה אתם די) Alias: מה לי ועמכם. Hinc editio Compl. (cuius verba Vulg. expressit) τι εμοι και υμιν. Et ex hac lectione videtur και insertum in cod. Alex. vbi sic habetur: και τι και υμεις εμοι. Ar. vt Vatic. και τι υμεις εμοι. Ion. vt Syrus: *cuius aestimationis estis apud me?*

גלילות פלשת) פלשת sunt *Palaestini* qui incolebant regiunculam maritimam. גלילות per se sunt *fines*, *termini*, ορια. Sensus: *omnes* Palaestini. O. και πασα Γαλιλαια αλλοφυλων. Male Γαλιλαια. Sed αλλοφυλοι sunt ap. Alexandrinos Palaestini. Vulg. *omnis terminus* Palaestinorum. Caeterum in margine Codicis Barb. leguntur haec: τυρος, συνεχουσα, (est scholion explicans etymologiam του צור) Σιδων, θηρευμα (a צוד, ita Gloss. N. T. Albert. p. 25. θηρευμα ανωφελες, quasi a

צור et ארן, male. Iuſtin. XVIII, 3. *piſcem* ait notare) Γαλιλαια, σωροι, βουνοι: (reſpicitur notio του גל, *acervus*, vnde et Aquila h. l. θινες.)

הגמול) Eſt interrogatio. Sic Ion. et O. intellexerunt: μη ανταποδομα υμεις ανταποδιδοτε μοι; — גמל dicitur in vtramque partem, ita vt גמול et *iniuriam* illatam et *beneficium* notet. Et שלם cum על et ל eſt *reponere iniurias*. Senſus: num iniurias vobis illatas vlciſci vultis? Et quales demum?

ואם וגו') *aut num* — η — iniurias ſponte et vltronee inferre decreuiſtis? O. η μνησικακειτε υμεις επ εμοι οξεως; Hoc οξεως vitioſe huc collocatum. Ar. et Vatic. ſequentibus annectunt. Μνησικακειν *iniuriae memorem eſſe*, videntur poſuiſſe pro, *iniuriis ſponte laceſſere*.

קל מהרה) velociſſime — *ſchnell genung will ich* etc. O. ſec. Vatic. οξεως και ταχεως. Heſych. οξειως και ταχειως. Ar. *cum vehementia et celeriter*.

אשיב וגו') השיב בראש פלני valet, aut vniuerſe *vicem reddere*, aut, *facere, vt conamina alterius fiant ipſi pernicioſa et exitioſa*: et גמלכם h. l. ſunt ipſa conamina hoſtium Iudaeos vexantium. O. εις κεφαλας υμων leg. בראשיכם vt v. 7.

v. 5. אשר) *quippe qui* —

ומחמדי) *res meas pretioſas*. Innuuntur et diuitiae Iudaeorum et vaſa templi. טוב h. l. *pulchrum*. O. τα επιλεκτα μου και τα καλα μου. Sic Ar. ſed Vatic. τα καλα, ſine και et μου. Syrus: מחמדי ſine ו vt et Vulg.

להיכליכם) O. Vulg. et Syr. *delubra*. Sed Ion. *palatia*. Certe היכל vtrumque denotat.

v. 6. היונים) בני יונים ſunt *Graeci* — vt Homer. υιες αχαιων paſſim: atque inde ortum nomen gr. ιωνες. Commercium autem Tyriis omninoque Phoenicibus interceſſiſſe cum Graecis, id docet locus Ezech. XXVII, 13. Syrus legit בני יהודה ſine ה.

v. 7. מעירם) ſc. Iſraelitas. העיר excitare h. l. reue-

care in patriam. Hoc factum sub Alexandro eiusque in Macedonia successoribus. Ioseph. Antt. XIII, 5.

v. 8. ומכרתי) מכר c. ל. est pretio accepto vendere, sed מכר ביד est *tradere in potestatem alterius* — sine respectu ad emtionem. Iud. II, 14. Vnde et Ion. h. l. מסר habet.

לשבאים) *Sabaei* sunt ciuitas Arabiae, de qua vid. Plinius VI, 28. A. Σ. τοις Σαβαειμ. O. εις αιχμαλωσιαν, quasi leg. לשבי aut לשבות.

v. 9. קראו) Sunt verba Dei ad Barbaros istos v. 4. — qui iubentur se armare et videre an quid contra populum Dei valeant.

קדשו) *indicite* — העירו *conuocate* ad arma — נגש se *congregare* — עלות *proficisci* in bellum. O. προσαγαγετε (sc. εαυτους) και αναβαινετε. Non legerunt גשו ועלו, sed vsi sunt et alias hac licentia, vt personas et modos permutarent, quo aequalior fieret oratio vid. v. 11. Vulg. יעלו sine ו.

v. 10. כתו) Locutiones prouerbiales. — כתת *hämmern, schmieden.* — אתים, *ligones, bidentes.* 1 Sam. XIII, 20. O. vertunt σκοφειον et v. 21. ϱιξ h. l. autem αϱοτϱα. Arbitror αϱοτϱα iis esse *vomeres*, quos vt speciem pro specie — pro *ligonibus* posuerunt. Vulg. *aratra.* Syr. *vomeres aratrorum vestrorum.*

ומזמרותיכם לרחמים) מזמרות sunt non omnino falces, sed *falces putatoriae* seu vinitoriae. Certe verbum זמר de putatione vitium pr. dicitur, Leu. XXV, 1. 3. Es. V, 6. et distinguitur a מזמרות v. 13. מגל falx *messoria.* — רמחים sunt *lanceae*, hastae militaris genus. O. σειϱομαστης, de quo voc. praeter Meursium vid. Cangii Gloss. med. et inf. Graec.

חלש) quis sit docet גבור, *zum Krieg tauglich, mannfest.* Itaque חלש *infirmus* vel ob pueritiam vel ob senectutem vel ob morbum etc. A. O. ο αδυνατος. Sensus: nemo domi remaneat: pueri et senes in bellum proficiscantur. O. οτι ισχυω εγω. Forsan rescribendum ισχυς εγω.

v. 11. עושו) עוש vulgo explicant cum SYRO, ION. et O. *conuenire*. Schultenſ. ad Iob. IX, 9. ex ar. oſtendit, notare *circumire noctu*, *praedam circumeundo captare*. Vnde עוש polus cum ſideribus quatenus circumit noctu. Sed Maius ad Cocceium, praeeunte Vulg. *properare*. Nam VVLG. vertit *erumpite*.

ונקבצו שמה) haec verba coniungo, cum Alexandrinis. Et Niphal poſitum pro Hithpael, vt *συναχθηναι* in N. T. *ſich verſamlen*. Porro praet. pro imperatiuo vt v. 9. O. *συναχθητε εκει*. Intellige vallem Ioſaphat, v. 2. —— Iam ſequitur breuis interlocutio prophetae.

הנחת) *deduc* a נחת —— adeo vt גבורים ſint Judaei v. 8. aut forte Macedones. DRVSIVS, angelos: inepte. Sed lectio olim admodum variauit. VVLG. *ibi recumbere faciet dominus robuſtos tuos*. Sic IONATHAN. Legerunt הנחת aut ינחת, ſic vt Iehovah eſſet caſus primus et יךָ pertineret a גוים. SYRVS: *accedite, atque ibi franget dominus fortitudinem veſtram*. Legit

נקבצו ושמה הָחֵת יהוה גבורתכם

O. *ο πραυς εςω μαχητης*. Legerunt pro הנחת יהוה גבוריך

הַנַּח יִהְיֶה גבור.

v. 12. יעורו) Deus fari pergit. Euocabuntur ad arma. Recte O. pergunt vti imperatiuis: *εγειρεσθωσαν και αναβαινετωσαν παντα τα εθνη*.

ישב (שָׁם אשב לשפט) verbum proprium iudicibus. Valet *iudicem agere*. —— שפט vt *κρινειν punire*.

v. 13. שלחו) alloquitur *τους* גבורים. Immittite falces ſegetibus! Sic Apoc. XIV, 15. *πεμψον το δρεπανον σου*. —— מגל vt ar. مِنْجَل, *δρεπανον*: SYRVS: ܐܘܚܕܘ *firmate falces*.

בשל קציר) בשל *coctum eſſe* h. l. *matureſcere*, *albeſcere*. קציר eſt i. q. meti debet —— *frumenta*. Intellige Barbaros. O. more ſuo, *παρεςησεν ο τρυγητος* vt Marc. IV, 29.

באו רדו) באו, agite! *auf!* — רדו *descendite* — in istam vallem. Sed hoc esset contra analogiam membrorum. Nam רדו deberet respondere τω השיקו. Iam O. εισποϱευεσθε, πατειτε. Sic Syrus et Ionathan. Ergo genuina lectio est רדבו *calcate*. Et דרך est verbum proprium calcandis et exprimendis vuis.

כי מלאה גת) suppl. ענבים. Vuarum plenum est torcular.

השיקו) Interpretes: *exundarunt lacus*. Sed est imperatiuus: *facite vt exundent*. Sic respondet τω דרבו, Ion. *fundite* sanguinem eorum. Agnouit certe imperatiuum. Breitingerus recepit lectionem υπεϱεκχειται τα υποληνια, melioremque υπεϱεκχειτε in marginem reiecit. Istam vero et Ar. habet. Sensus: effundite sanguinem Barbarorum vt quam largissime fluat. — Sequitur oratio prophetae.

v. 14. המונים) Ion. מַשְׁרְיָן copiae (Barbarorum) — *Siehe, es ist alles voll! es wimmelt!* Sed O. ηχοι εξηχησαν *sonitus exauditi sunt*. Leg. המו המנים. Complut. ηκουσθησαν, quod est Glossema του εξηχησαν.

החרוץ) חרץ *decidere, statuere* — sensu forensi. Ego: valle statuta — *in dem bestimten Thal*. Alii: *valle iudicii* ac si esset חרוצה. Θ. εν κοιλαδι της κϱισεως. Α. Σ. Ε. *in valle concisionis*. O. εν τη κοιλαδι της δικης.

קרוב) vt εγγυς εςι in N. T. *adest! imminet!* Iam Deus pergit describere mala Barbaris imminentia sub imagine procellae, v. 14 — 17.

v. 15. שמש וגו׳) vid. cap. II, 10.

v. 16. מציון) *von Sion her*. — Nam ibi numen Dei credebatur praesens esse. Caeterum ישאג et יתן קולו tonitrua indicant.

מחסה) *praesidium, refugium*. O. ο δε κυϱιος φεισεται του λαου αυτου, Sic et Syrus, Ac si esset a חוס parcere.

v. 17. שכן) *qui praesens est*.

קדש) opponitur *profano*. Itaque notatur per קדש quod soli Deo dicatum est, in quod nil profani admitti-

tur. Sensus: Israelitae e captiuitate reduces ciuitatem singularem iterum constituent, et ab omni cum Barbaris commixtione alienam.

זרים לא יעברו) haec verba explicant τo קדש. Iam זרים sunt αλλογενεις, barbari, profani. Et עבר c. ב est, versari in aliquo loco commerciorum causa et ibi negotia habere. Apoc. XXI, 27.

v. 18. יטפו) נטף αποςαλαζειν. Sensus: Isto tempore *vineae* erunt feracissimae.

והגבעות) colles i. e. *pascua.* — ילך *manare.* — Sensus: pascua erunt laetissima et abundabunt gregibus optimis.

מים) ob raritatem, vt dixi, aquarum viuidarum, a poetis hoc solet inter summa Dei beneficia referri.

ומעין) fons — aquarum copia dabitur a Deo.

השקה את — נחל שטים) Proprie נחל ea vallis, quam effecit torrens ab montibus actus. Vid. Schultens. ad Iob. XL, 17. — prope Jordanem in Moabitide ita dicta ab arboribus שטים, de quibus vid. Hieronymus ad h. l. Σ. την κοιλαδα των ακανθων. Nam Hieronymus tradit, eam arborem fuisse foliis et colore similem spinae albae. Vvlg. *irrigabit torrentem spinarum.* Ergo minus bene O. και ποτιει τον χειμαῤῥον των σχοινων — *torrentem iuncorum.* Nam σχοινος est *Riedgras.* Ar. *funiculorum.* Videtur autem poni h. l. נחל שטים pro omnibus locis siticulosis, vt sensus sit: non modo Iudaea ipsa abundabit aquis et irrigua erit (nam מבית יהוה intellige de Hierosolymis et tota Iudaea) sed ea aquarum copia pertinebit inde ad loca alia siticulosa. Summam nimirum simpliciter significari puto aquarum abundantiam.

v. 19. לשממה) h. e. fiet deserta, inculta, sterilis. Nominat Aegyptios et Idumaeos (nomina auctorum gentis pro regionibus ponuntur quas tenuerunt eorum posteri) sed intelligit omnes ciuitates, a quibus male tractati fuerant Iudaei.

חמס (מחמס בני יהודה) *iniuriae* et מ propter. Quod mox explicatur verbis אשר וגו'. Et casus secundus apud Hebraeos saepe obiectum denotat (Zach. II, 1. עין אדם, oculus hominem respiciens. Sic in N. T. Matth. X, 1. ἐξουσια πνευματων. Act. IV, 3. ευεργεσια ανθρωπου ασθενους. Gal. III, 22. πιςις Ιησου Χριςου,) adeo vt h. l. notentur iniuriae Israelitis illatae.

שפך דם (אשר וגו' caedem committere. — נקיא — insontes et culpa vacuos trucidare. Sic αιμα εκχεειν Rom. III, 15. O. αιμα δικαιον εξεχεαν, alibi αθωον, vnde et Matth. XXIII, 25. αιμα δικαιον i. q. αθωον, cap. XXVII, 4.

v. 20. לעולם (לעולם תשב εις τον αιωνα, manifeste satis h. l. de longo tempore dicitur. Et ipsum עולם per se nunquam respectum habet ad aeternitatem, sed notat temporis tractum adeo remotum, vt extremitas eius vix definiri, certe oculi quasi vno ictu vix perspici possit; ita vt מעולם sit inde *a longo tempore* et לעולם *quam diutissime*. Contra דור notat γενεαν, *Menschenalter*, tempus, vt alii volunt XXX, vt ego, L annorum. Itaque לדור ודור est per *aliquot secula*. — ישב valet *esse*, *versari*, deinde vt h. l. *otio frui*. O. κατοικηθησεται. Syrus legit יהודה sine ו. Contra O. bene: η δε Ιουδαια.

v. 21. נקה (ונקיתי וגו' est pr. *pro insonte declarare* et, cum hoc faciat qui iniuriam eidem illatam vlciscitur, inde notari coepit *vindicare*, *vlcisci*. Mox ante לא subaudi אשר. Sic Vulg. *et mundabo* (i. e. vindicabo) *sanguinem eorum quem non mundaueram*. O. και εκδικησω (Vatic. rectius εκζητησω: nam εκδικησω redolet Glossema) το αιμα αυτων (nempe Israelitarum a Barbaris profusum) και ου μη αθωωσω, vbi αθωουν puto esse, *non inultum sinere*. Leg. ולא vt Syrus.

שכן) praesentia sua (i. e. tutela) Israelitas porro ornabit.

VATICINIA HABACVCI.

VATICINIA HABACVCI.

Traditio eſt, Habacucum ceciniſſe aetate Manaſſis, cui ſententiae conuenit carminum argumentum. In priori enim praedicit excidium gentis ſuae per Chaldaeos, Eſaiae, vt Grotius addit, premens veſtigia, qui rem eandem iam ante Ezechiae praedixerat, vt videmus 2 Reg. XX, 17. 18. In ſecundo vero Deum adverſus impias querelas ſuorum defendit, fataque laetiora, iſtas calamitates inſecutura, nunciat.

I, 1. חמשא) נשא eſt omnino lat. *ferre*, diciturque de ferendis *legibus*, ferendaque *ſententia* iudicis. Deinde eſt vniuerſe *proferre*, *eloqui*, adeo vt משא ſit *ein Spruch* — vel adeo collectio plurium *dictorum*, et *vaticiniorum*. Et ſic משא אשר וגו' eſt inſcriptio libelli ita vertenda: *vaticinia quae edidit Habacucus ex afflatu diuino*. Nam חזות eſt, *habere ex afflatu diuino*. Cf. 2 Reg. IX, 25. ויהוה נשא עליו את־המשא הזה *et Ioua edidit contra eum edictum hoc*. Hinc et Grammatici Hebraei משא explicant per נבואה aut חזון. Σ. Θ. vt O. *το λημμα ο ειδεν* — vbi *λημμα* non *onus* vertendum, ſed, *ſermo a Deo acceptus*. Nam eſt a *λαμβανειν*. Et lexicon graec. lat. V. *λημμα*, *acceptum*. Arabs: *viſio quam vidit*. Sic et Syrus. Incipit iam

CARMEN PRIMVM

Propheta.

v. 2. אזעק אליך חמס) חמס pro בחמס ob iniurias populo meo illatas ab hoſtibus. Syrus: *propter violentos*. O. male ad prophetam retulerunt το חמס. Vertunt: *βοησομαι προς σε αδικουμενος*; Ita Vulg.

v. 3. (למה תראני און ראות) *experiri*. עמל ואין vt κοπος και πονος in N. T. ſunt *mala*, *calamitates*. Senſus: cur me experiri cogis tot mala, quae ciuibus meis infliguntur.

(ועמל תבט) repete hic et per ſingula commatis membra, למה.

(וםדון ישא) שאת מדון *Streit erheben.* Accipe imperſonaliter. Senſus: hoſtium noſtrorum inſultus faciunt, vt ſit inter Iſraelitas omnimoda confuſio, vt *lites contentionesque vbiuis oriantur* —— ſummaque (ita verſu ſeq. pergit) impietas et corruptio proueniat. Sed verſiones a lectione noſtra paulo deflectunt, longeque aliam, at vitioſam tamen, vt opinor, interpunctionem inferunt. O. ινατι μοι εδειξας κοπους και πονους επιβλεπειν, επι ταλαιπωριαν και ασεβειαν εξεναντιας μου. Γεγονε κρισις, και ο κριτης λαμβανει. Illud επι nec Vatic. nec Ar. habent. Et ſuſpicor aliquem in margine ſcripſſe και per compendium ſcribendi, vt moneret in Hebraeo non eſſe שר ſed ושר, illudque και alium επι legiſſe et in textum intuliſſe. Certe O. legerunt הביט שר, et יהיה pro ויהי, denique מדין pro מדון. Arabs et h. l. ſequitur τους O. ſed alia interpunctione vſus. Legit comma ad πονους non ad επιβλεπειν. Deinde punctum ad ασεβειαν collocatum habuit, non ad μου. Eadem interpunctione vſus eſt Syrus, qui ſic vertit: *Cur oſtendis mihi peccatum et fraudem? et video violentiam et ſcelus? Coram me eſt iudicium, et iudex accipit munus.* Legit ואביט שר; deinde vt O. יהיה pro ויהי et מדין pro מדון. *Munus* vero gloſſema eſt, meo iudicio, textui verſionis Syr. iniuſte illatum: quale etiam aliquae ed. των O. habent: ſcilicet, λαμβανει κρισιν. Vulg. *Quare oſtendiſti mihi iniquitatem et laborem, videre praedam et iniuſtitiam contra me? et factum eſt iudicium, et contradictio potentior.* Legit vt O. הביט שר. Et מדון ישא vertit, *facta eſt*

contentio potentior; quod omnino fert natura verbi שאת, quod saepe est *se extollere et potentiorem exhibere.* Caeterum שר sine ו etiam Ion. legit.

v. 4. על — כן תפוג תורה) פוג dictum de circulo sanguinis *cessante.* Inde vniuersim notari coepit mox *debilitari* (vt ap. Chald. et Syros: —— et ar. فاج *friguit*) *mox remittere, cessare.* Iam תורה h. l. accipe de legibus vniuersis et inprimis ciuilibus, "Languet iustitia, silent leges!„

ולא — יצא לנצח משפט) לא לנצח *nunquam.* Iam משפט est *causa, Procesș,* et יצא h. l. *exitum habere*: vt Germ. dicimus: *der Procesș geht aus.* Sensus: causae protrahuntur, neminique iustitia fit. Syrus: *neque prodit iudicium cum aequitate.* Sed *cum aequitate* glossema redolet.

מכתיר) כתר pr. *cingere;* hinc mox *clausum tenere* aliquid ita vt praeualeas superiorque sis, mox, *circumuenire* et *decipere.* Quare O. καταδυναστευει et Vulg. *praeualet.*

מעקל) accipe aduerbialiter: *peruerse.* Sententiae plane aliae a iudicibus feruntur, quam quae pro causae indole legumque sensu ferri deberent.

D E V S.

v. 5. ראו בגוים) Cecinerat propheta in persona Israelitarum, iam canit in persona Dei. Nostra vero lectio mendosa est. O. ιδετε οι καταφρονηται. Sic Petrus locum laudat Act. XIII, 41. Vera itaque lectio et orationi textae aptissima est, בוגרים. Hanc etiam Syrus tuetur. Hieronymus: in alia quadam editione (verba facit de versionibus graecis) habetur: *videbitis calumniatores*, et in alia pariter absque auctoris titulo, *videbitis declinantes.*

והתמהו תמהו) forma loquendi insolens. Forsan rescribendum והתמהו התמו, vt התמו vel התמות sit

infinitiuus Hithpael, a תמה, *mirari*, *obstupescere*. Vvlg. *admiramini et obstupescite*, ac si esset ותמהו: Sic et Syrvs. Sed O. *ιδετε οι καταφρονηται και επιβλεψατε, και θαυμαζετε θαυμασια, και αφανισθητε.* De hac versione mihi sic videtur. Verba *και αφανισθητε* e margine sunt. Forte quis lectionem supra notatam ותמהו inuenerat sic ותמו, eamque vt notaret, in margine posuit *και αφανισθητε*, quae verba postea in textum irrepserunt, adeo vt et Arabs ea expresserit. Vera sic lectio esset *και θαυμαζετε θαυμασια*, respondens lectioni והתמהו התמה. Certe tales infinitivos Alexandrini saepius per nomina vertunt. Caeterum Drusius notat: "libri ad Ex. C. *ειδετε θαυμασια, και αφανισθητε.*" Arabs illud *και επιβλεψατε* vertit, *et reuertimini*, وارجعوا.

לא תאמינו) suba. אשה — *quod* tantum erit vt fidem vix habituri sitis narrantibus. O. *ο ου μη πιστευσητε, εαν τις εκδιηγηται υμιν.* Eleganter. Sed *υμιν* vtrum glossa sit an vere legerint לכם, an sponte addiderint perspicuitatis causa, non liquet. Interim sic omnino Syrvs et Ionathan. Vvlg. *quod nemo credet*, ac si esset לא תאמין, vel adeo לא איש.

v. 6. הנני מקים) הקים *aufwiegeln.* Faciam vt vos denuo inuadant Chaldaei. — המר *amaram* i. e. *crudelem* Ier. V, 16. 17. — והנמהר *et velocem* — *rasch.* Es. V, 26. 27. Merito mirum, ait Grotius, quod Chaldaeos immissurus erat Deus, qui tempore Ezechiae, Manassis, Iosiae foederati erant Iudaeis. O. *οτι ιδου εγω εξεγειρω εφ υμας τους χαλδαιους τους μαχητας το εθνος το ταχινον και το πικρον* — Legerunt מעיר עליכם. Sed *τους μαχητας* glossema est, quo imperitus etymologiam *των* כשדים explicare voluit, qui vero כשתים *sagittarios* (ex Syriasmo) cum כשרים confunderet. Vatic. *εξεγειρω τους χαλδαιους, εθνος το πικρον και ταχινον.*

Nempe ed. Rom. vt lectores attenti ex superioribus saepius obseruare potuerunt, recentiores correctiones ad textum hebraeum factas crebro experta est, aut cum his correctionibus certe in lucem prodiit. Et ego quidem, quod ως εν παροδω dico, istum codicem omnino non ingenue editum esse suspicor. In iis libris, in quibus versionem arabicam ex versione των O. factam esse constat, potest quodammodo correctionum recentiorum ratio et modus coniectando indagari; nempe sic, vt attendamus ea loca in quibus Arabs a Vaticano codice dissentit. Talia certe loca semper suspecta sunt. Vbi contra cum ipso consentit, ibi antiquissima lectio (non dico *vera* — nam et menda dantur antiquissima) prodit. Sic v. c. h. l. Arabs τους μαχητας expressit aeque ac illud εφ υμας. Hinc colligo, hanc glossam, vt et istud εφ υμας, in antiquissimis libris των O. fuisse et forte per correctores e Vaticano recentius esse deleta. Contra in lectione το πικρον και το ταχινον ista suspicio cessat: quia Arabs in ea cum Vatic. consentit. Haec semel monenda esse duxi. Syrus: *gentem agilem et acerbam.* Legit etiam transposite, הנמהר והמר. Certe ܡܪܝܚܬܐ etsi pr. sit *audax*, *impudens*, puto tamen etiam, *agilem velocemue* notasse, cum et Arabibus مرح sit, *laetus, agilis fuit.* Ion. *celerem et velocem*; ac si esset מהר והנמהר.

ההולך למרחבי ארץ) הלך est *peruadere*, et c. ל vel על aliquoties *inuadere* diciturque adeo de *impetu* maris Ion. I, 11. Iam מרחבי ארץ *latitudines terrae*, valet, *terram longe lateque* — inuadens, i. e. Asiam.

לא—לו) occupaturi regiones *non suas.* משכנות, domicilia i. e. *patriam* alienam.

v. 7. אים ונורא הוא) הוא *est* — אים notat *fortem esse* (vnde אימים *gigantes*) hinc Syrus h. l. ܥܫܝܢܐ *fortes*: deinde *formidabilem esse.* Hinc reliqui: *formidabilis.* O. φοβερος — εστιν.

שאת לו dictum pro משפטו et שאתו (ממני וגו' et משפט לו. Iam שאת ומשפט est *Urtel und Recht.* —— Itaque *exit ius et sententia mihi ex me* i. q. ego mihi ipse ius dico —— *iudicem superiorem agnosco neminem.* Haec Dathius non vidit. Σ. αυτος εαυτω δικασει, και δογμα (decretum, edictum) το εαυτου επεξελευσεται. Sed O. εξ αυτου το κριμα αυτου εσαι, (al. εσι) και το λημμα αυτου εξ αυτου εξελευσεται. Al. libri εξ αυτων. Posterius εξ αυτου sensus causa sponte additum puto. Et λημμα posuerunt h. l. pro eo quod alias est משא פנים, προσωποληψια. Arabs eodem modo videtur intellexisse vertens نظر, *adspectus, consideratio rei.* Et Syrus adeo vocem שאת sic intellexit, dum verteret ܘܡܣܒ ܒܐܦܐ. Et sic: *exit ab eo aspectus* intelligo hoc modo: *sententias fert e partium studio profectas.* Caeterum Syrus legit וממני. Vulg. *ex semetipsa iudicium* (ac si esset משפט sine ו) *et onus eius egredietur.*

v. 8. וקלו) Vulg. et Syrus legerunt קלו sine ו quod ego quidem praeferrem. Et posterior praeterea pro מנמרים legit מנשרים *aquilis velociores*, quam lectionem non minus nostrae praeferrem. Nam velocitas aquilae nota imago —— sed pardi? nescio an Analogiae sit conueniens. O. και εξαλουνται υπερ παρδαλεις οι ιπποι αυτου. Suspicor eos audiuisse (non dico legisse: nam saepe permutationes in versione Alexandrina obuiae manifesto ortae sunt ab errore auris eius qui verteret sibique textum hebraeum praelegi sineret) וגלו a גול *salire, exsultare.* Arabs h. l. ipsum نفور habet.

וחדו) חדד dicitur de quouis *acumine* h. l. de *visu acuto* —— vt docet מזאבי. Et *lupi vespertini* sunt qui noctu praedatum exeunt. Vid. Ierem, V, 6. O. και οξυτεροι υπερ τους λυκους της Αραβιας. Sic etiam Zephan. III, 3. Sed עֶרֶב est *vespera.*

ופשו פרשיו ופרשיו מרחוק יבאו) Textus procul dubio mendosus. Primum enim duplex פרשיו sensum tantum non ineptum praebet et Analogiae scriptorum elegantiorum, qualem deprehendes nostrum, omnino contrarium est. Deinde oratio in יבאו nimis languet, cum praecedant et sequantur verba vehementiora. Denique מרחוק *a longinquo*, videtur ideo non sanum esse, quia singula membra continent comparationem. Prius מנמרים, alterum מזאב, quartum כנשר. Nonne itaque etiam in tertio emunctioris nasi interpres anologon quoddam desideraret? Audiamus igitur Veteres. O. *και εξιππασονται οι ιππεις αυτου, και ορμησουσι μακροθεν.* Legerunt

ופשו פרשיו וראו מרחוק

adeoque פרשיו alterum (quod ex oscitantia aliquando bis scriptum fuisse suspicor) non habuerunt et pro יבאו legerunt וראו a ראה. Σ. teste Hieronymo: *effundentur equites eius.* Syrus: *et volant equites eius e longinquo, volant.* Ergo et hicce interpres alterum פרשיו non habuit et ראו legit. Sed quid sit prius *volant*, non intelligo. Suspicor vitium subesse, et, pro priori ܘܦܪܚܝܢ *et volant*, aliud olim verbum in versione Syriaca extitisse. Vulg. et Ion. fere nostram lectionem expressere. Prior verbum פוש *diffundentur*, posterior *multiplicantur* reddit. Iam mea sententia haec est. Alterum פרשיו omnino delendum. Verbo יבאו praeferenda lectio difficilior וראו vel ראו. Porro — quod nullus interpretum vidit — מרחק legendum מרחק, et רחק interpretandum ex Arabismo, vbi valet *vinum* generosum, merum et quidem *generis fortioris feruidiorisque.* Denique פרש est *toben* (vnde ipsum ar. فاش dictum de iis qui in pugna furiosos fere agunt strepuntque, ac si omnia inuertere internecionique daturi sint,) quod per *εκχυθησονται* (quo Σ. vsus est h. l. et quo alias talis bellatorum furor exprimitur, vid. Iud.

IX, 44. XX, 37. Iudith. XV, 3.) ſatis ſuperque confirmari videtur.

חש לאכול) *eſcae inhians.* Iob. IX, 26. Ezech. XVII, 3. Dathius: *ad volandum properat.* Quid hoc ſibi velit, neſcio.

v. 9. כלה לחמס יבוא) Neſcio annon reſcribendum eſſet, כלם לחמס יבאו. Sic certe Syrus et Vulg. et Ionathan. Senſus: vniuerſa iſta gens nullo alio conſilio aduentabit, quam vt vim inferat, dureque tractet eos, quos inuadit. O: *συντελεια επ ασεβεις ηξει.* Legerunt כָּלָה.

מגמת פניהם קדימה) O. *αντεστηκοτας προσωποις αυτων εξεναντιας.* Legerunt מְזִמִּים, et retulerunt ad חָמָס quod antea collectiue acceperant et per *ασεβεις* explicarant. Nec inſolens eſt, זמם *impugnare* reddere, quod alibi per *παρατασσειν* verterunt Alexandrini. Nam זמם dicitur pr. de mala *intentione* prauisque de aliorum interitu conſiliis, deinde ipſam talium conſiliorum executionem indicat, vt ſit *impugnare*, *damna inferre* etc. Iam ſenſus verſionis Alex. is eſſet: *Perdentur impii qui ipſis vim opponere audeant:* ac ſi Deus h. l. iuberet Iſraelitas, ſe ſponte dedere Chaldaeis. Sed hoc orationi textae minime conuenit. Ion. vt Vulg. *facies eorum ventus vrens*: ac ſi eſſet פניהם קדים omiſſo מגמה. Σ. *η προσοψις του προσωπου αυτων ανεμος καυσων.* Ego *προσοψις* verterem *intentio;* adeo vt lectio מזמה et hinc appareret. Senſus eſſet: *intentio ipſorum peſtilentiſſima eſt*, quod certe priori membro egregie reſponderet. Et huc ſpectat etiam, ni fallor, Syrus: ܚܙܘܗ ܕܦܪ̈ܨܘܦܝܗܘܢ ܟܫܘܒܐ. Si vero קדימה malles retinere, vertendum eſſet: *intentio facierum ſuarum verſus orientem* i. e. *templum.* "Recta Hieroſolymam petunt.„

שבי) *captiuitas* pro *captiuis.* Senſus: magnum captiuorum numerum educent.

v. 10. יתקלס) χλευαζειν — c. ב. Idem postea משחק לו *irrisio ei est* i. e. irridet. — רזנים sunt αρχοντες. O. και αυτος εν βασιλευσιν εντρυφησει, και τυραννοι παιγνια αυτου. Εντρυφησει, *delicias habebit in regibus* i. e. ludos faciet reges; *illudet ipsis.* Caeterum regem Assyriae *Asserhaddonem* h. l. innui Dathius rectissime monuit.

מבצר ישחק) Ion. *omnem arcem validam* מעיק *in angustias rediget.* Legit מבצר יצוק.

יצבר עפר) צבר עפר est *aggerem exstruere.* Sic et Veteres. O. βαλει χωμα.

v. 11. אז וגו׳) Hebraeis *spiritus transire* siue transgredi dicitur, quoties intra modestiae fines se non tenet, και ου μη κατ ανθρωπον φρονει, vt Sophocles loquitur. Ex hac Grotii commentatione Dathius vertit: *deinde vero omnes modestiae fines excedet et grauiter delinquet.* A. Σ. και πλημμελησει. Syrvs: *tunc immutabis spiritum eius et transibit, et damnabitur robur eius deo suo.* Inepte. Lectio quam expressit, haec est:

אז תחלף רוחו ויעבר ואשם כחו לאלהו.

זו וגו׳) *quippe qui robur suum* i. e. potentiam suam omnem *deastris suis* tribuit, acceptaque refert. O. αυτη η ισχυς τω θεω μου, ac si esset כחי לאלהי, nisi diceres eos sensum exprimere voluisse, ipsumque ideo Assarhaddonem loquentem induxisse.

PROPHETA.

v. 12. אתה מקדם) *es mihi inde ab incunabulis* — protector benefactorque — (קדשי) quem vt verum Deum colo ac veneror. Tu nunquam committes, vt omnino (נמות) pereamus. Ion. לא תמות.

וצור וגו׳) *Fundare* Hebraeis tropice est, *dare quae beatum efficiunt* — addito צור, *in rupe*, valet, *ad summam et fere immotam felicitatem euehere.* Sen-

ſus: perſuaſi potius ſumus, te Aſſarhaddonem tollere in altum

vt lapſu grauiore ruat —

O. κυριε, εις κριμα τεταχας αυτον, και επλασε με του ελεγχειν παιδιαν αυτου. Leg.

ויצרתני להוכיח יסרתו

a יצר formare et — יסרת caſtigatio; verbum obſoletum. Arabs eodem modo, niſi quod verba priora reddiderit: *o domine in iudicio ordinationis eius.* Sed ſuſpicor, ſubeſſe mendum, et pro ترتيبه legi debere ترتيبه. Nam رتب in Conj. II. eſt *diſpoſuit, ordinauit.* Syrvs: vitioſe legit hoc modo:

יהוה לא למשפט שמתו לדין
ויצרתני להוכיח:

Ioua non legi (ſc. ſubeſt), *poſuit eum ad iudicium, et formaſti me ad arguendum eum.* Ion. *ad faciendum iudicium creaſti eum, et fortis ad vindictam ſumendam praeparaſti eum.* Legit vt nos; ſed צור non *rupem* ſed *fortem* interpretatus eſt. Sic A. και στερεον εις το ελεγχειν εθεμελιωσας αυτον. Σ. και κραταιον εις το ελεγχειν εστησας αυτον. Vvlg. *et fortem, vt corriperes, fundaſti eum.*

v. 13. מראות רע) *Videre ſcelus,* eſt *ferre, impune* fieri pati. Et מ comparate poſitum. Puriores ſunt oculi, quam vt poſſis etc.

לא תוכל) *kannſt's nicht mehr mit anſehen* — עמל vt v. 3. mala, iniuriae Iſraelitis illatae. Syrvs ſenſum expreſſit: *puri ſunt oculi tui nec adſpicientes ſcelus, nec impios intueri potes.* O. καθαρος οφθαλμος μου (Vatic. οφθαλμος ſine pronomine. Sic et Arabs. Sed reſcribendum σου quod excidit ob ſequens) του μη οραν πονηρα, και επιβλεπειν επι πονους ου δυνηση. Aldi editio; επι πονηρους ου δυνηση, quae eſt lectio e Syro or-

ta, margini forsan olim adscripta. Vatic. επι πονους οδυνης:, mendum manifestum, ortum inde, quod quis ad πονους in margine posuerat οδυνες. Nam πονοι sunt etiam *dolores* vt h. l. Arabs accepit. Hinc et Hieron. *adspicere super dolorem non poteris.* Ion. *vt* — *contempletur operantes laborem falsitatis: nonne manifestum est coram te?* Legit לא תגל (a גלה) pro לא תוכל.

למה ונו׳) *quomodo igitur iam ferre posses* etc.? O. εις τι (Vatic. ινατι) επιβλεπεις επι καταφρονουντας; παρασιωπηση εν τω καταπινειν ασεβη τον δικαιον; ac si מכנך non viderint. Sic et Syrvs. Sed A. Σ. Θ. παρασιωπας καταπινοντος ασεβους τον δικαιοτερον αυτου. Sic Vvlg. et Ion. — Israelitae scelerati satis quidem erant sed a Chaldaeis tamen longe superabantur.

v. 14. ותעשה) pergit interrogatio. *Aut* num omnino mortales negligere, resque humanas gubernare te desiisse, credemus? Num patieris vt homines sequantur piscium vermiumque mores, qui id ferunt, vt maior minorem deuoret perdatue?

v. 15. כלה בחכה העלה) Certe rex iste reliquas gentes tractat vt pisces, quos capit, deque captis triumphat. Nam כלה refer ad אדם, et העלות *heraufholen* — sc. ex aqua. O. συντελειαν εν αγκιστρω ανεσπασε. Leg. כָּלָה pro כֻלֹּה.

יגרהו בחרמו) גור, congregare, *cogere* h. l. i. q. אסף. O. και ειλκυσεν αυτον εν αμφιβληστρω. Compl. εν αμφιβληστρω αυτου. Syrvs et verbi et nominis suffixum non expressit.

במכמרתו) O. και συνηγαγεν εν ταις σαγηναις αυτου. Legerunt במכמרתיו. Syrvs sine suffixo.

על־כן) Syrvs παραφραζει: *et postquam congregauerit, laetatur et exultat.* O. ενεκεν τουτου ευφρανθησεται και χαρησεται η καρδια αυτου. In Ed. Breit. haec verba nouum comma inchoant. Sed in Vatic. ad

v. 15. relata apparent. Sic et Arabs. In Compl. η καρδια αυτου non habetur. Et videtur esse Glossa aliunde petita.

v. 16. יזבח) sacra facit reti suo i. e. enti cui se debere putat hos reditus, cultum tribuit, quem Deo debet. Sensus: omnem suam fiduciam (is cultus Dei) ponit in haec sua praesidia quibus votorum suorum se compotem facere consueuit. O. ενεκεν τουτου θυσει τω αμφιβληστρω αυτου, και θυμιασει τη σαγηνη σου. Sic Arabs. Sed Vatic. τη σαγηνη αυτου και θυμ. τω αμφιβλ. αυτου.

כי וגו׳) *ac si* per ista — חלק sunt fundi et praedia quae quis possidet. Et שמן pinguescere dicuntur, cum augentur et meliorescunt. Id vero fiebat potissimum tum, cum alias gentes inuaderent, inque seruitutem abigerent, adeo vt seruorum et ancillarum numerum augere colendisque et aedificandis agris et domibus eos praeficere possent.

ומאכלו בראה) מאכל h. l. sunt *reditus* fundorum et praediorum. Et בראה i. q. שמן, Etiam Germ. dic. *fette Einkünfte.* O. και τα βρωματα αυτου εκλεκτα. Non statuendi sunt aliter legisse, etsi Drusius ideo malit λιπαρα. Nam το בריא multoties vertunt εκλεκτον, adeo vt בריא fere olim dictum videatur, pro quouis venusto, egregio, i. e. εκλεκτω. Hinc et Vulg. *electus*, Ion. מטעמא *suauis* et Syrus ܓܒܝܐ *egregius*.

v. 17. העל כן) cum haec ita sint, tune concedes Ioua, vt id porro impune faciat? — יריק *vt euacuet rete suum*, et ab vna captura ad aliam procedat? O δια τουτο αμφιβαλει (Compl. βαλει) το αμφιβληστρον αυτου, και διαπαντος αποκτεινειν εθνη ου φεισεται. Arabs legit: εις διαπαντος αποκτεινειν εθνη και ου φεισεται. Ionathan: ולא בחיס et non in commiseratione. Eodem modo Syrus. Legerunt ולא יחמול.

II, 1. ואתיצבה על־מצור) haec verba finiunt Prologum vaticinii quod v. 2. demum orditur. Dixerat versibus superioribus quae confabulatus sit cum Deo. Iam dicturus est, qualis responsio tandem insecuta fuerit. מצור pr. locus munitus et elatus, e quo stationarii prospicere hostemque obseruare poterant. Et התיצב est *Fuss fassen*. Sed O, *και επιβησομαι επι πετραν* ac si esset על־הצור. Ion. legit על־מצורי; *inseruio*, vertit, *munitioni meae*.

ומה אשיב על־תוכחתי) השיב h. l. *regerere*, *erwiedern*, responsum dare rogantibus. Sensus lectionis nostrae esset: vt videam — quid reponam ad querelas a ciuibus meis mihi demandatas, ad Deum deferendas. Sed Syrvs et Ion. legerunt ומה ישיב vel adeo ומה ישיב לי Reliqui cum Symmacho lectionem nostram tuentur, nisi quod Vvlg. habeat: *arguentem me*.

Decretum Iouae.

v. 2. חזון) *oraculum*, responsum diuinum: i. q. נבואה cf. quae diximus ad I, 1. A. *οραματισμον* vt Dan. IX, 24.

ובאר על־הלחות) על־הלחות refer ad כתב. O. *επι* (Vatic. *εις* vt Ar.) *πυξιον* Σ. *paginas*. Vulg. *tabellas*. Et ובאר verte, *et quidem dilucide*. Nam Infinitiuus Aduerbii locum tenet. O. *και σαφως*. Syrvs Imperatiuum habet: *et defini*, (dilucida,) *super tabulas*. Sed *dilucidare super tabulas* i. q. *dilucide describere in tabulis*. Hinc et Vvlg. *explana super tabulas*. Sic et Ionathan. Compl. *γραψον ορασιν σαφως*.

למען ירוץ) Istud בו refer ad ירוץ. Nam רוץ c. ב est *percurrere* h. e. legere sic vt nullo impedimento obmoto intelligere possis. O. *οπως διωκει*. Apte. Syrvs; *vt expeditus sit in eo qui legerit illud*, ac si habuerit, למען ירוץ בו קרא אותו. A. Σ. *τρεχη*.

v. 3. כי עוד חזון) *erit* adhuc ad tempus certum — i. e. certo etiamnum tempore *implebitur*. Ion. חזון bene נבואתא vertit.

ויפח לקץ) Veteres legiſſe videntur ויפרח הקץ *et efflorebit finis*. Et קץ vt τελος, notat *implementum vaticinii*. Et hic loquendi modus analogiae linguae conſentaneus. Non itidem יפח לקץ. O. *και ανατελει εις περας, και ουκ εις κενον*. Leg. ויפרח לקץ. Arabs vitioſe legit, *και ουκ ανατελει εις περας, και ουκ εις κενον*. Vulg. et *apparebit*: Syrus: *et veniet finis*. Ion. *et finis in eo eſt vt proueniat*, מתקן. Iam cum תקן de gemmis dicatur quae in eo ſunt vt erumpant et effloreſcant, nullus dubito quin et Syrus et Ion. ויפרח הקץ legerint. — ולא יכזב *nec fallet*.

חכה לו) ſi moram fecerit, *expecta illud*, nempe חזון, vaticinium. O. *εαν υστερηση, υπομεινον αυτον*. A. *εαν δε μελληση, προσδεχου αυτον*. Sed Ion. *expectate illum*. Syrus *ne pigeat vos*. Legerunt חכו לו pro חכה לו. Veteres ſuffixum in לו male ad perſonam aliquam tacite expreſſam (v. c. Cyrum) retuliſſe videntur. Sed pertinet vt dixi ad חזון.

כי בא יבא) *nam certiſſime veniet* i. e. fiet, quod promiſſum eſt. O. etiam h. l. infinitiuum more ſuo per participium verterunt: *οτι ερχομενος ηξει, και ου μη χρονιση*. Sic Vulg. *quia veniens veniet et non tardabit*. Syrus, *nam mox veniet et non cunctabitur*. A. *οτι ερχομενος ηξει* (al. *εισελευσεται*) *και ου βραδυνει*. Σ. *στραγγευσεται*. Paulus Meſſiae hunc locum accommodaturus, poſuit *ο ερχομενος*, quae lectio poſtea in libros graecos irrepſit adeo vt et Arabs eam expreſſerit.

v. 4. הנה עפלה) עפל vt ar. غفل eſt pr. *ſegnem, tardum*, eſſe. (Hinc A. h. l. *νωχελευομενου* pro quo reſcribendum puto *νωχελευομενος*. Legit עֻפָּל vt Vulg. vertens: *qui incredulus eſt*.) Deinde dictum de iis qui dictis Dei *fiduciam* et *obedientiam* denegant,

adeo vt ſit *inobedientem* et, vt VVLG. vertit, *incredulum*, et adeo *timidum* eſſe. Sic يسر in Corano ſaepiſſime legitur. O. εαν υποςειληται. Certe Syris et Chaldaeis הן valet εαν et υποςελλεσθαι exacte reſpondet τω עפל. Heſychius: Υποςειλαμενος· υποκρυψαμενος, φοβηθεις. Υποςειλασθαι· αναδυεσθαι, (detrectare) δολιευεσθαι, υποκρινεσθαι· Υποςελλεται· φοβειται, και τα ομοια. Υποςολη· δειλια, φυγη Legerunt הן עֻפַּל, vel adeo הן עֻפְּלָה cum ſuffixo tertiae perſonae ad חזון referendo, quod omiſerunt, quia ſenſus in verbis εαν υποςειληται per ſe pateret. SYRVS ſcriptionem continuam הנעפלה ſic legit ובעולה. Vertit enim: *et in iniquitate non oblectatur anima eius*. Inepte. Mire IONATHAN: *en impii dicunt: illa omnia futura non ſunt*. Vtut ſit, vera lectio eſt הנה עֻפְּלָה, *ecce qui fidem non habuerit ei*, ſc. decreto Dei. Hanc lectionem requirit etiam analogia membrorum. Nam τω עפלה reſpondet in altero membro το צדיק. Nec minus ו in בנפשו deſiderat tale ſubiectum quale in עֻפַּל ſuppeditatur.

לא ישרה נפשו בו) ישר vt ar. يسر valet interdum et *beatum eſſe*, proſpero *votorum ſucceſſu gaudere*. Illud בו fere redundat, et SYRVS plane non expreſſit, dum verteret: non *oblectatur anima eius*. Graeci legerunt נפשי hoc ſenſu: "is mihi non probabitur." O. ουκ ευδοκει η ψυχη μου εν αυτω. Sic et Paulus. Et non credo eos legiſſe יָשְׂרָה a שרר ar. سرّ, vt Capellus vult, etſi ipſe ARABS h. l. لَمْ تُسَرَّ *non oblectabitur*, habeat. Nam ישר, cum *votorum compotem eſſe* ſignificet, cur non etiam *delectari et gaudere* verti poſſet, ego certe non video. A. ουκ ευθεια η ψυχη μου εν αυτω. VVLG. *non erit recta anima eius in ſemetipſo*.

וצדיק באמונתו יחיה) *pii contra* — יחיה *beatiſſimi erunt* i. e. inſigni *voluptate afficientur* per vaticinii huius complementum. Eſt oppoſitum του

לא ישרה. Nam qui fidem Deo non habent, nunquam ad veram *animi tranquillitatem* perueniunt: pii contra, qui fiduciam suam omnem in Deo ponunt, faustissimo rerum euentu (יחיו) *recreabuntur*. Hinc addit id, quo pii huius voluptatis et tranquillitatis participes fiunt, nempe באמונתו, per *fidem Deo habitam*, i. e. per eam animi διαϑεσιν, qua freti bonitate et potentia Dei sui, nulla tempestate perturbantur, sed in ipsis calamitatibus Deum tali amore, fiducia et obedientia prosequuntur, ac si iam omnium promissionum exitum experti, in summo beatitatis fastigio collocati essent. O. *ο δε δικαιος μου εκ πιςεως ζησεται*. Sic Arabs: *et iustus meus ex fide viuet*. Vatic. *ο δε δικαιος εκ πιςεως μου ζησεται*: Syrvs sine pronomine: *et iustus ex fide viuet*. Sic Paulus: *ο δε δικαιος εκ πιςεως ζησεται*. Vvlg. Ion. et reliqui lectionem באמונתו tuentur. A. *και δικαιος εν πιςει αυτου ζησεται*. Σ. Θ. Ε. Στ. Ζ. *ο δε δικαιος τη εαυτου πιςει ζησει*. —— Iam incipit ipsum vaticinium cuius certitudinem hactenus commendauerat Deus.

v. 5. ואף כי־היין בוגר) *Subiectum* in hoc commate describitur, *praedicatum* in sequenti. "*Vtique* vir iste, nempe rex Chaldaeorum —— qui —— nonne (v. *6*.) omnes prouerbium super eo efferent?„ Hic sensus et nexus vtriusque commatis. Iam de singulis verbis videamus. בגד est pr. *exuere* aliquem, eripere *vestes*, spoliare„ —— deinde *exuere spe* —— *fidem fallere*, perfidum esse —— mox vniuersim *fallere*. Iam יין בוגד est *vinum fallax* i. e. quod inopinatum opprimit. Sic vocatur rex Chaldaeorum. *Vinum* quidem, ob appetitum quem Israelitis aliisque nationibus excitauerat ad auxilia a se petenda amicitiamque cum ipso colendam: *fallax* vero, quia fidem datam fallere solebat easdemque terras, quibus auxilio venisse videbatur, occupabat et sibi subiugabat. Vocatur idem

גבר יהיר) homo *dementis superbiae*. Nam יהיר

est, *ein unsinnig stolzer.* O. *αλαζων.* Arabs: أحمق *demens.*

ולא ינוה) pro ואשר לא — qui non habitat in domicilio suo — *der nicht still sizzen kann*: qui non potest se continere intra limites imperii sui. O. *ο δε κατοιομενος, και καταφρονητης, ανηρ αλαζων ουθεν μη περανη.* Lectionem istam *κατοιομενος* Arabs quidem et Hieronymus iam expresserunt, vt adeo antiquissima sit; interim tamen alteram, quam aliae editiones tuentur, nempe *κατοινομενος* vel *κατοινουμενος*, ego quidem praeferrem. Istud vero *περανη*, pro quo alii libri habent *περανει*, prodit, ni fallor, lectionem Syri, ירוה a רוה quod est, *satiare.* Acceperunt autem passiue, pro *satiari*, *prosperari*, *felici successu gaudere*: vt Σ. *ουκ ευπορησει* al. *ευπραγησει.* Itaque lectio Alexandrinorum vniuersa haec est:

ואיש היין ובוגד גבר יהיר ולא ירוה

Syrus: *et homo impudens et auidus non satiatur*, ac si verba priora commatis ואף כי — היין non habuerit et sequentia sic legerit

וְגֶבֶר בֹּגֵד וְיָהִיר לֹא יִרְוֶה

Vulg. *et quemadmodum vinum potantem decipit: sic erit vir superbus et non decorabitur*, ac si esset וכאשר pro ואף כי. Verba vero ולא ינוה interpretatus est sic, vt נוה acciperet pro *laetum*, *venustum*, *elegantem esse*, punctationemque eligeret eam quae est tertiae fut. in Niphal. Ion. *quin etiam sicut* ואף הא כטעי בחמר גבר *errat in vino homo*, (sic erit) *superbus in impietate et non permanebit*; ac si priora verba sic legerit: ואף כי כבוגד ביין גבר.

נפש) אשר הרחיב כשאל נפשו *desiderium*, *appetitus*, הרחיב נפש *indulgere cupiditati* et, addito כשאול, *insatiabilem esse.* Nam שאול *nunquam* adhibetur de loco damnatorum, — *Hölle* — neque adeo

de loco *corporum* ab animo ſeiunctorum —— *Grab* —— ſed ex vſu potius communi notat locum *animorum* a corpore ſeiunctorum ſ. manium —— *Abgrund* lat. *tartara*, gr. ᾅδης. Veteres ſcilicet fingebant ſibi regionem ampliſſimam in media terra, cui *impoſiti* eſſent montes et maria omnia, eamque *caliginoſam* et maximam partem *lutoſam*, *horridam*, *triſtem*, *ſterilem*, atque ab omni rerum ad hanc vitam pertinentium *commemoratione alienam*, in qua manes omnes ac ſinguli, boni maliue, *ſuas* haberent *ſedes* tanquam in *communi loco* aut ciuitate. Et haec eſt notio etiam vocis שאול quam et Hebraei mente conceperant, quod docet locorum LXV veteris Teſt. et XI N. T. inductio. Sic Iobus v. c. confirmat iſtam ſententiam, שאול eſſe locum quo nihil in rerum natura cogitari *profundius* poſſit, vbi ait

עמקה משאול מה תדע

Dei naturam et decreta eſſe altiora coelo et profundiora orco. Hinc et Dauides, Pſ. CXXXIX, 8. vbi docere inſtituit: Deum neque abditiſſimas res fugere, his verbis vtitur: אם אציעה שאול הנך. Sic porro Iobus orcum *maribus tectum* repraeſentat, cap. XXVI, 6. hoc modo הרפאים יחוללו מתחת מים ושכניהם *manes ingemiſcunt ſub maribus cum ſociis ſuis*, tanquam in loco vndique concluſo et horrido. Similiter Deus Deut. XXXII, 22. ita fatur: *ira mea maxima vsque ad loca orci abditiſſima ſaeuiet*, *ibique terram* ſuperiacentem *ipſasque* מוסדי הרים *montium* orco velut impoſitorum *radices aduret*. Alibi Iobus *tenebras* iſtius loci ſic depingit: — *antequam perueniam ad regionem illam ſpiſſa caligine repletam* — *ad regionem vbi tenebrae ſummae ſunt et immenſae*, *vbi ne ſcintillae quidem lucis micant*, *vbi lux ipſa denſa caligo*. Iob. X, 21. 22. XVII, 13. Pſ. CXXXIX, 8—10. Ad hunc itaque locum horridum ac triſtem omnibus eſſe eundum hominibus veteres ſtatuebant. Diphilius ap. Clem. Strom. L. V.

και γαρ καϑ αδην δυο τριβους νομιζομεν
μιαν δικαιων· ετεραν δε ασεβων ειναι
ὁδον και ει τους δυο καλυψη η γη
φυσει τω παντι χρονω.

Credebanturque manes *diſtinctas habere ſedes* in hoc שאול, alias piis, alias impiis deſtinatas, (quorſum pertinet Fabula Luc. XVI, 22. ſine hac hypotheſi vix ferenda) *omnes* tamen hanc *communem* domum habere, ſecundum veterem poetam

كلهم يجمعه بيت الانام

omnes vna domus colligit Adamitarum. Sic Dauides: מי גבר, *nemo eſt tam nobilis quin mortem experiatur et ad inferos abire* ימלט נפשו מיד־שאול *cogatur.* Atque is locus concipiebatur ab omni rerum huius vitae *commemoratione* alienus, ſecundum illud Salomonis: *nullum eſt opificium, nulla ars, nulla ſcientia, nulla prudentia in inferno quo abiturus es.* Eccl. IX, 10. Vide et Eſ. XXXVIII, 15 — 19. et Pſ. CXV, 17. vbi mortui dicuntur ad locum aeterni ſilentii deſcendere: כל יורדי דומה. Atque easdem vocis שאול notiones confirmant ſynonyma quibus ſcriptores cum ſacri tum profani vtuntur — עמקי שאול *profunditates orci* Prou. IX, 18. — חדרי מות thalami ſ. conclauia mortis ib. VII, 27. gr. *ϑαλαμοι υπο γης* — בור *fouea* Pſ. XXVIII, 1. XXX, 4. CXLIII, 7. — בור תחתיות *fouea ima* Pſ. LXXXVIII, 7. — ירכתי בור et ירכתי ארץ et תחתיות ארץ Eſ. XIV, 6. — אבני בור Eſ. XIV, 20. vbi Σ. *ϑεμελια* —, שערי מות et שערי צלמות Iob. XXXVIII, 17. Nam orcus fingebatur *portas* habere, vnde intelligis, cur Chriſtus dicatur habere *τας κλεις του αδου*, Apoc. I, 18. III, 7. quibus opponuntur *κλεις της βασιλειας των ουρανων* Matth. XVI, 19. — גיא צלמות *vallis tenebrarum infernalium* i. e. maximarum Pſ. XIII, 4. Iob. XII, 22. XVI, 16. XXXIV, 22. — חשך Iob. XXVIII, 3. — בית עולם Eccleſ. VII. cui

respondet ar. عالم الكتمان Cor. Sur. XLI. — מקום רומה s. בית locus *silentii* Ps. CXV, 17. — חקר תהום *penitissima abyssus* Iob. XXXVIII, 16. 17. — טיט — מעמקי מים — באר Ps. LXIX, 15. — φυλακη 1 Petr. III, 19. Similiter profani: — κευθμων νεκρων Evrip. Hec. v. 1. — ανηλιοι μυχοι — σκοτιοι μυχοι — αφανης χερσος Aeschyl. Sept. contr. Th. v. 866. — κακος σκοτος ib. Eumen v. 71. — ϛυγια αχλυς ib. v. 395. — δυσηλιον κνεφας ib. Pers. v. 670. — γης υπο ζοφος ib. v. 839. Confer porro Hom. Od. κ. v. 512.

αυτος δ' εις αϊδεω ιεναι δομον ευρωεντα.

Nec minus scite auctor libri Sap. XII, 13. noctem memorat εξ αδυνατου αδου μυχων επελθουσαν. Adde Sophocl. Elect. v. 137.

αλλ' ουτοι τον γ' εξ αιδα
παγκοινου λιμνας πατερ' αν —
ϛασεις, ουτε γεοισιν, ου λιταις.

Οικησις αειφρουρος Soph. Oedip. v. 915. — νεκυων αυλα Evrip. Alc. v. 260. — νερτερα δωματα ib. v. 1070. — θαλαμοι υπο γης Aesch. Pers. v. 626. Sic Evrip. Hec. v. 483.

αλλαξας' αϊδα θαλαμους.

Ex his facile patet, quantum scriptores sacri orationem suam aptauerint vulgi praeiudiciis, nec adeo mirum esse, quod et Christus daemonologiam istam Iudaicam tolerauerit. Caeterum non credo sagaciores iisdem praeiudiciis inhaesisse, etsi vocabulis ea exprimentibus vsi fuerint. Dauides certe aliique viri acutioris ingenii, vbi voce שאול aliisque similibus vterentur, semper *cogitarunt* ipsum *sepulchrum*, corporisque statum a statu animi probe distinxerunt, etsi non negare ausim, eos ipsos obscuriores minusque laetas de isto statu notiones habuisse.

כמות והוא) מות aliquoties in codice ſacro perſonam induit et pro *angelo mortis* ponitur, de quo multa ſomniabant Iudaei v. Mich. Erkl. d. B. P. a. d. Hebraeer nota 58. Senſus: inſatiabilis eſt vt angelus mortis. O. ουτος ως θανατος ου εμπιπλαμενος. Syrvs: *qui non ſaturatur vt mors.*

ויאסף) *quique cogit* — אסף pr. de angelo mortis dicitur, qui homines in tartara cogit, ibique clauſos ſeruat. Hoc loco *ad ſe cogere* valet, ſubiugare et deportare in ſeruitutem, qui etiam ſenſus eſt membri ſequentis. Syrvs legit יאסף ſine ו.

v. 6. הלא וגו') ſequitur praedicatum, quod vt clarius efferatur, interrogatio negatiua permutanda eſt cum propoſitione affirmatiua: "*Iſte vir* — nempe rex Chaldaeorum — *dicterio mox erit omnibus ac riſui.*„ שאת eſt *efferre, proferre, eloqui.* — משל eſt quodvis *dictum acutum* et *ſententioſum.* — חידות ſunt *loci communes* quorum applicatio ad rem vel perſonam ſingularem מליצה dicitur. Nam מליצה non modo de iis dicitur qui dictum aliquod *interpretantur*, verum etiam de iis, qui ſenſum eius applicant et *rebus certis accommodant.* Iam ad לו repete ישאו: efferent *de eo* applicationes locorum communium, i. e. populi tales ſententias generales Chaldaeis aptabunt — ſannisque adeo eos excipient. Syrvs: *hi omnes dicta ſententioſa de ipſo proferent, et allegorias et locos communes.* Neglexit interrogationem negatiuam, et וחידות legit ſine לו. O. και προβλημα εις διηγησιν αυτου. Alii libri εις διηγημα habent. Ac ſi legiſſent inuerſe וחידה למליצה לו. Sed Arabs:

وَمَعْنًى لِلْإِخْبَارِ عَنْهُ

et explicatio ad locum communem de eo, ac ſi legerit και διηγημα εις προβλημα αυτου vel adeo περι αυτου: quanquam et hoc mirum eſſet quod προβλημα reddi-

derit احبار vel (quod forte rescribendum) مُخْبِر, cum potius huius oppositum مُنْظِر, sit, *quaestio* — *προβλημα*.

ויאמר) Ion. et Vulg. וְיֹאמַר *et dicetur*. O. et Syr. ויאמרו *et dicent*. Sensus vndique idem.

לא לו) *aliena* — *rapta*. Huc refer etiam verba עד מתי: sic vt interrogationem, "multiplicat rapta, sed quam diu?„ hoc modo soluas: "heu raptorem bonorum, quae sua fecit ad breue admodum tempus!„

ומכביד עליו עבטיט) *et aggrauans super se densum lutum:* quod Grotius de auri argentique vi intelligit, illustratque verbis Naumachii

χρυσος τοι κονις εστι και αργυρος.

Et hunc interpretem Dathius more suo in hoc etiam loco secutus est, vertens: *caducas diuitias.* Sed lectio longe probabilior prostat. Syrus quidem: *vae coaceruanti, multiplicanti* (alterum participium glossema est) *sibi quae sua non sunt: quousque tandem aggrauabit super se nubem luti,* legens: עב טיט, sed O. *και βαρυνων τον κλοιον αυτου στιβαρως.* Legerunt

ומכביד עֻלּוֹ על טיט.

Scilicet *aggrauare iugum* est, *graue iugum imponere* cf. 1 Regg. XII, 4. Et *στιβαρως* dicitur de iis quibus in luto eundum est, adeo vt vix pedes extrahere possint. Iam, *imponere sibi iugum ferendum per viam lutosam* tropice erit: *se immergere malis e quibus te expedire non possis.* Caeterum O. eleganter על טיט aduerbialiter expresserunt. Et haec lectio mihi eo magis arridet quo magis כבד voci על respondet, et quo durior est vulgaris lectionis interpretatio. Arabs: *et aggrauabit iugum suum quippe in grauitate*, ac si legerit *ως βαρεως.* Ion. *vsque quo aggrauaturus es in te grauitatem peccatorum.* Legit מכביד sine ו, et עליך pro עָלָיו. Nec

omnino ſpernendum eſt ſuffixum ſecundae perſonae, cum eadem oratio in commate ſequenti per eiusmodi ſuffixa continuetur.

v. 7. הלא וגו') *immo mox inſtabunt qui te mordeant* etc. nam נשכיך poet. pro נשכים אותך. O. ὁτι εξαιφνης αναϛησονται δακνοντες αυτον, ac ſi eſſet נשכיהו. — מזעזעיך a זוע (pro quo Arabes زعزع dicunt) *agitare*, *aggredi*, *vexare*, *molimina* facere contra alios. O. και εκνηψουσιν οι επιβουλοι σου. Arabs: *et diripient te*, *qui molimina ſtruunt contra te*. Legit εκριψουσιν σε.

v. 8. מדמי אדם) *ob caedes*, quas commiſiſti — *iniuriasque* (חמס) quibus terras et vrbes earumque incolas affeciſti. O. Διοτι συ (Vatic. συ non habet ſed Arabs illud tuetur) εσκυλευσας εθνη πολλα, σκυλευσουσι σε (deeſt σε in Vat. non in Ar.) παντες κ. τ. λ.

v. 9. בצע רע לביתו) lucrum pernicioſum familiae ſuae. Dathius bene: *ſibi ſuisque*. Syrus: *vae defraudanti et congreganti malum animae ſuae*. Legit לנפשו pro לביתו.

לשום וגו') *ponere in alto nidum* dicuntur ſaepe reges, qui vrbes munitas exſtruunt tutosque ſe ab hoſtium impetu praeſtare conantur, deinde vniuerſim valet: *id agere vt malis quibuscunque tibi ſuperior videaris*.

להנצל וגו') Syrus: *vt liberetur a malo*. O. του εκπαθηναι εκ χειρος κακων. Vatic. rectius εκσπαϑηναι, alii σεπαϑηναι vt fere להציל reddidere Ion. IV, 6.

v. 10. יעצת בשת) *conſulere pudorem* eſt, conſilia inire vana et conſultori peſſima, quorum in fine ipſum pudebit. O. εβουλευσω αισχυνην τω οικω σου. Genuinam lectionem εβουλευσας Arabs ſeruauit.

קצות וגו') exſcindendo populos multos peccaſti

contra te ipsum. Haec interpretatio supponit, נפשך positum esse pro לנפשך et ו in וחוטא esse omittendum. Sed Veteres ו tuentur, et pro קְצוֹת habent קְצוֹת a קצץ. O. *συνεπεραναϛ λαους πολλους, και εξημαρτεν η ψυχη σου.* Arabs: *et peccare fecisti animam tuam*, ac si legerit *εξημαρτες την ψυχην σου*, adeo vt *εξημαρτες* intellexerit transitive. Sic etiam Syrus. Vulg. *concidisti populos multos et peccauit anima tua.* Ion. *depraedasti gentes multas* et (ועל נפשך) *contra animam tuam peccasti.* Lectio קְצוֹת sine dubio praeferenda.

v. 11. עֵנוֹת (וכפים מעץ יעננה) dicitur de *testibus* qui in faciem *edicunt* flagitia ab altero commissa. Quid כפים sit, certo non constat. Graeci *συνδεσμος*, idque Hieronymus putat esse quod Graeci vulgo dicunt *ιμαντωσιν*, quam vocem Suidas interpretatur *δεσιν ξυλων*. Sed dictum etiam fuit de *vermibus*, qui trabes et ligna vniuersa rodunt, quae tamen notio huc pertinere non videtur. Iam hanc prouerbialem dictionem Grotius sic interpretatus est: "Tuae iniustitiae testimonium reddunt tot muri vrbium deiecti, tot aedium fragmenta.„ Secutus est in explicatione verbi כפים Ionathanem, qui vertit *segmenta*, (*Holzstaub*) quae fiunt per vermium rosiones. Drusius: "ipsi lapides clamant, regiam tuam e rapinis exstructam esse etc.„ quae explicatio sequentibus conuenientior est. Caeterum יעננה positum pro יענה בה. Nam עֵנוֹת vbi valet *testari* c. c. ב. O. *διοτι λιθος εκ τοιχου βοησεται, και κανθαρος εκ ξυλου φθεγξεται αυτα.* Videtur esse versio alius interpretis. Certe Arabs pro *κανθαρος* legit *σκολοψ*, et *αυτα* non expressit. Vtitur verbo وتد, quod *palum*, et *clauum ligneum* notat. A. *και μαζα εκ ξυλου αποκριθησεται.* Hesych. *μαζαν, αντι της τροφης και της μεμαγμενης κοπρου.* Puto *μαζαν* h. l. esse *massam* qua parietes vestiebantur. Σ. *και συνδεσμος οικοδομης ξυλινος αποφθεγξεται.* Syrus: *et*

clauus e ligno respondebit. VVLG. *et lignum quod est inter iuncturas aedificiorum, respondebit.* Hi omnes legerunt יענה sine suffixo. Versio quinta: *quia lapis in pariete clamabit, quasi vermis in ligno loquens*, ac si esset ככפים et pro יעננה scriptum fuisset עָנָה. Versio sexta: *lapis enim de pariete vociferabitur et σκωληξ de ligno loquetur ei.* Hinc forsan istud σκολοψ ortum, quod AR. in suo codice habuit. Θ Ε. και συνδεσμος ξυλου φθεγξεται αυτα. Barberinus: Θ. ενδεσμος.

v. 12. בְּדמים) דמים sunt *oppressiones aliorum.* SYRVS, IΟΝ. Ο. עולה in numero multitudinis efferunt.

v. 13. הלא וגו') Dathius scite: *Haec vero Ioua — minatur.* "Scitote, ait, hoc esse Iouae, qui dominus est vniuersi, decretum.„

ויגיעו) laborare — c. ב. labore suo sibi aliquid comparare. *Ignis* vero est, *res igne peritura.* Sensus: quicquid Chaldaei iniuste sibi comparauerunt igne peribit i. e. non fruentur labore partis. Sic et יעף בריק *defatigari in vanum*, valet, *frustra laborare*, laborum fructu destitui. Ο. και εξελιπον λαοι ικανοι εν πυρι, και εθνη πολλα ωλιγοψυχησαν. Legerunt bis בְּדֵי *in sufficientia* et *gentes in sufficientia*, verterunt, *gentes multae.* Et cum יגע sit *laborare* dicaturque vt et latinorum *laborare*, pro *deficere*, *aegrotare* etc. vsi sunt voce εξελιπον. Caeterum SYRVS legit יגיעו sine ו, recte, vt opinor. VVLG. *laborabunt enim populi in multo igne* (בְּדֵי) *et gentes in vacuum, et deficient.* Legit ויעפו. Lectio non contemnenda.

v. 14. כי) *hinc* — nempe ex hoc Chaldaeorum interitu Israelitae omnes agnoscent, Iouam summis laudibus esse condecorandum.

כמים) adeo implebitur terra laudibus Iouae vt fluctibus quibus Oceanus repletus est. Audacissima comparatio! Ante יכסו supple אשר. Hinc SYR. et

VVLG. vt aquae operientes mare. Sed O. ως υδωρ πολυ κατακαλυψει αυτους. Sic ARABS. Vatic. πολυ non habet. Legerunt עליהם pro על ים, siue, quod rescribendum videtur על הים. Alii Codices ex recentioribus emendationibus habent: κατακαλυψαι επι θαλασσης. Compl. κατακαλυψαι θαλασσας. HIERON. *quasi aquam ad operiendum maria.* Forsan olim lectiones לכסות s. לכסר et ימים pro ים exstiterunt.

v. 15. הוי משקה רעהו) *vae propinanti* s. *potanti alios* —— Sic omnes. Et רעה collectiuum fere est. Hinc in fine versus legitur suffixum plurale.

מספח חמתך ואף שכר) Lectio sine dubio corrupta. Dathius: *vae tibi qui alios potare faciebas* (curne, *potabas?*) *et lagenas tuas propinando inebriabas.* Nullus sensus. Audiamus Veteres, inter quos lectio mirifice variauit. O. ω ο ποτιζων τον πλησιον αυτου ανατροπη θολερα και μεθυσκων, *heu potantem subuersione faeculenta et inebriantem!* Non dubito quin sic legerint:

מִכְפַּת חֵמָה וּמְשַׁכֵּר

Certe כפה est *deprimere*, *subigere*, *subuertere*. Inde puto מִכְפָּה dictum esse non modo de quauis *subactione* et *subuersione* (quod analogia linguarum orientalium docet) sed et de ipsa re quae *subigitur*, v. c. was sich unten sezt, *Bodensaz*, *Hefen* vt fere מִקְבַּע —— etc. Deinde יחם est *excitatum*, *turbulentum fieri*, *incalescere*, *irasci* etc. Inde חֵמָה *calor*, *ira*, *perturbatio*, et cum de rebus fluidis dicatur quibus faeces sunt, *excitatio*, *Aufschüttlung*. Iam ανατροπη θολερα esset *subversio talis qua faeces excitantur.* Nam θολοω est pr. *turbo* coeno faeculento excitato. Itaque sensus huius lectionis esset: vae isti, qui potabat alios potu, cuius faeces antea excitarat, talique potu eos inebriabat! Eandem fere lectionem profitetur: E. εξ απροσδοκητου ανατροφης της οργης σου. Autor huius versionis accepit

מ pro littera seruili et כַּפָּה intellexit de *celeri* et inopinata subuersione et *concitatione*. Legit tamen חמתך a חֵמָה *ira.* Alius interpres: *vae qui potum dat amico suo* εκςασιν οχλουμενην. Certe et εκςασις prodit vocem מִכְּפָּה, adeo vt legerit idem quod O. Alius αελλην πετομενην vertit, et sine dubio מכפת חמה *subuersionem turbidam*, αελλην interpretatus est, proque ואף legit ראה *volantem*. A. εξ εκπεμψεως (sic legendum: vide Drusium) χολου σου: Barb. επιτριψεως χολου σου. Vtrumque respondet lectioni, מכפת חמתך. Σ. αφιων ακριτως τον θυμον εαυτου. Legit מִכַּפֶּה חמתו. Ion. *vae qui propinat alteri, et fundit in calore vt bibat et inebrietur.* Legit, vt opinor

וּמְכַפֶּה בחמה וּמְשַׁכֵּר

Vulg. *vae qui potum dat amico suo mittens fel suum et inebrians.* Habes lectionem Symmachi, addito וּמְשַׁכֵּר, quod O. et Ion. profitentur. Syr. *vae potanti alterum faece irae et inebrianti eum.* Habes lectionem των O. sed sic vt post משכר scriptum fuerit אותו, nisi diceres, sponte id translatorem addidisse, perspicuitatis caussa, quod tamen raro fecit Syrus. Arabs more suo τους O. sequitur: *vae propinanti proximo suo faecem turbidam vt ebrius euadat.* Scilicet *subuersionem* s. *turbationem faeculentam* interpretatus est: *faeces turbatas.* Iam iudicent lectores, annon lectio מכפת חמתו ומשכר omnibus aliis sit praeferenda 1) ob suffragia veterum plurima quibus confirmatur, 2) ob analogiam scripturae et 3) sensus concinnitatem. Quid enim et orationi textae aptius, quid mori loquendi conuenientius quam textus hic: *vae potanti alios faecibus irae suae et inebrianti!*

למען הביט על — מעריהם) Hunc effectum ebrietatis saepius commemorant scriptores orientales. O. οπως επιβλεπη επι τα σπηλαια αυτων, ac si esset מערתם *speluncas eorum*, a מערה. Sic Arabs. Sed

et pro הביט legerunt תביט. Et hanc lectionem etiam Vvlg. et Syrvs tuentur. A. γυμνωσιν. Σ. ασχημοσυνην.

v. 16. שבעת קלון מכבוד) Iam oratio dirigitur ad ipsum regem. *Mox saturaberis ignominia prae gloria* i. e. plus infamiae tibi erit quam gloriae. O. πλησμονην ατιμιας εκ δοξης, Ar. *impletionem ignominiae ex adspectu pulchro*; quae verba O. iunxerunt verbis שתה גם אתה, πιε και συ, hoc sensu: *imbibe iam et tu ignominiam e gloria natam.* Sed reliqui interpretes nostram lectionem seruant, v. c. Vvlg. *repletus es ignominia pro* (rescriberem *prae*) *gloria.*

והערל) bibe etiam tu *et denudare* i. e. vt inebrieris et sic pudenda tua appareant. Respice comma praecedens. Sed solus Ion. lectioni nostrae fauere videtur. O. πιε και συ, και διασαλευθητι, και σεισθητι. Coaluerunt binae versiones. Et Arabs codice vsus est vbi tres adeo coaluerant, omissis praeterea verbis και συ. Vertit اَشْرَبْ وَتَضَوَّرْ تَزَعْزَعْ وَتَزَلْزَلْ *bibe et contorque te* (krümme dich) *commouere et concutere.* Vatic. καρδια σαλευθητι και σεισθητι. Suspicor καρδια mendum esse forsan e compendio scriptionis ortum. Certe Arabs κραθητι (quod fortasse alii in, καρδια, corruperunt) ante oculos habuisse videtur — a κεραννυμι, *misceo, contraho.* Quicquid sit, hoc certum est, τους O. legisse והרעל pro והערל. Iam רעל Hebraeis est *soporem, stuporemue immittere*, Ar. *fatuum esse*, Chaldaeis vero et Syris *concutere, perterrere.* Hinc A. καρωθητι et Vvlg. *consopire.* Syrvs: *exagitare.* Ergo omnes legerunt והרעל.

תסוב) סבב h. l. *schwenken.* Est Niphal. Sed O. εκυκλωσεν actiue. Sic Vvlg. Sensus nostrae lectionis: *Gottes Zornbecher wird über dir ausgeschwenkt werden.*

וקיקלון וגו׳) Suſpicor olim lectum fuiſſe וקיא קלון *und ein garſtiger Auswurf* — repete תשוב e membro priori. Hoc non viderunt O. quare ex וקיא fecerunt וקוה *et congregauit ſe*: vertunt enim *και συνηχθη ατιμια επι την δοξαν σου.* Sic ARABS. Sed VVLG. *et vomitus ignominiae ſuper gloriam tuam.* SYRVS vero legit קיקלון ac ſi mera eſſet litterarum duplicatio vocis קלון; vertit enim: *et ignominia ſuper decus tuum.*

v. 17. כי חמס לבנון יכסך) Dathius: *eadem violentia, quam in Libanum exercuiſti, te quoque obruit.* Cur non, *obruet?* Et quid ſibi vult hoc loco Libanon? Mihi arridet interpretatio Ionathanis, qui per לבנון poetice *templum*, e cedris Libani confectum, indicari praeſumſit. Senſus: fiet delubris palatiisque tuis, quod templo Iouae feceras. O. *διοτι ασεβεια του Λιβανου καλυψει σε.* Σ. *πλεονεξια.* A. *αιμα.* Ego vero hanc Aquilae verſionem ſuſpicor eſſe corruptam ſcriptionem eius, qui litteris graecis voluerat exprimere litteras hebraicas חמס.

ושד וגו׳, Analogia membrorum poſtulat, vt *perditio beſtiarum* ſit crudelitas qua vſi erant Chaldaei, vt in *ſyluis* vaſtandis ita in *gregibus* Iudaeorum perdendis. Pro יחיתן O SYRVS, ION. legerunt יחיתך. O. *και ταλαιπωρια θηριων πτοησει σε.* A *και προνομη κτηνων.* Σ. *διαρπαγη κτηνων.* Et mihi lectio יחיתך ob praecedens יכסך praeferenda videtur. Facillime librarii recentiores ך cum ן permutare potuerunt.

מדמי וגו׳) Deus iure talionis aduerſus te vtetur *ob caedes* etc. O. *δι' αιματα ανθρωπων, ασεβειαν* (Vatic. *και ασεβειας*) *γης και πολεως, και των παντων κατοικουντων αυτην.* Alii *αυτων.* Quae lectio in Polyglottis MS. A. tribuitur. Ald. *εν αυτη.* Videtur ergo olim lectio וקריה, et חמס ſine ו extitiſſe. ARABS *και ασεβειαν — και πολεως — αυτης*, legit. Vulg. — *et ci-*

vitatis omniumque habitantium *in ea.* Iam e nunciato Chaldaeorum interitu concluditur ad vanitatem idolorum, quibus deaſtricolae fortunam omnem acceptam referebant.

v. 18. כי פסלו יצרו) Qualia ergo commoda redeunt ex idololatria (*quod* ſculpat ſibi illud ſc. idolum artifex ſ. formator eius i. e.) quae aliquem commouere poſſint vt ſibi idola faciat? O. τι οφελει γλυπτον, οτι εγλυψαν αυτο; Vocabulum יצרו ad ſequentia retulerunt et פְּסָלוֹ legerunt, vtrum ſequente אותו an ſine eo, non certo dici poteſt. Nec male conie cteris, ipſum εγλυψαν in mendo eſſe, legique oportere εγλυψεν αυτο, quia ſequitur επλασεν — quamuis Ar. εγλυψαν habeat. Et ſic lectio noſtra פסלו confirmaretur.

מסכה וגו') Repete: ומה הועיל et quid prodeſt *fuſile* vanaeque iſtae opiniones quas de Deaſtris fouent? tantine haec ſunt vt operae pretium ſit (paraphraſis του כי, ſimilis ſuperiori) fiduciam ponere in idolis, talesque mutos Deos ſibi comparare? Nam מורה שקר intelligo de *doctrina falſa* qua ſacerdotes plebem inſtruebant vt ei deaſtrorum cultum perſuaderent. Sic et Syrus interpretatus eſt. Sed cum מורה non modo de *inſtitutione* in vniuerſum, verum etiam de *notionibus, ideis*, quibus doctores augent diſcipulos, rerumque *imaginibus* dictum fuerit, O. Vulg. *imaginem falſam* et Ion. *numen falſum* verterunt. O. επλασεν αυτο χωνευμα, φαντασιαν ψευδη, οτι πεποιθεν ο πλασας επι το πλασμα αυτου, του ποιησαι ειδωλα κωφα. Primum יצרו, vt ſupra monuimus ad מסכה retulerunt. Vbi tamen non praetermittendum eſt Ar. legiſſe επλασαν quo coniectura mea de verbo εγλυψαν iuuari videtur. Deinde ſenſum verborum: *confidit fictor figmenti ſui in eo* egregie expreſſerunt ſic ac ſi eſſet יצר על יצרו pro יצר יצרו עליו. Syrus יצר ante

יצרו non legit. Vertit enim: *quod confisus sit animus artificis in eo.* Sic omnino IONATHAN. VVLG. *quia sperauit in figmento fictor eius, vt faceret simulacra muta.* Σ. αλαλα.

v. 19. אמר וגו׳) *Dicere ligno: expergiscere, euigila!* est: inuocare idola lignea, clamoreque tamdiu pergere donec opem ferant. Confer 1 Regg. XVIII. Ad verba דומם, si lectio sana sit, repete verba membri prioris ac si esset, הוי אמר לאבן דומם הקיצה עורי. Sed lectio olim variauit. O. ουαι ο λεγων τω ξυλω, εκνηψον, εξεγερθητι· και τω λιθω, υψωθητι. Legerunt ולאבן et רומם pro דומם. SYR. *vae dicenti, ligno: euigila; et lapidi muto: surge.* Non dubito quin lectio olim sic variauerit, vt alii דומם, alii רומם, alii רומה, alii קומה habuerint, quae passim in marginibus librorum notatae fuerunt, ita vt in quosdam duae lectiones irrepserint. Certe Syrus hanc lectionem expressit.

—לעץ עורי ולאבן דומם קומה

Accedit antiquissima IONATHANIS autoritas: *vae, qui dicit simulacro: lignum surge! et numini lapideo: euigila! et ipsum tacet.* Nec tamen tecum contenderem si his duobus interpretibus lectionem tribuere malles hanc:

הוי אמר לעץ הקיצה
ולאבן דומם עורי.

הוא יורה הנה הוא) Summa ironia. "Der wird dir's recht erzählen. Ia, der." Subaudi *lapidem.* "Obductus quidem est, pergit, auro et argento, verum mens non inest." Sed Veteres paulo aliter. O. και αυτο εςι φαντασια, τουτο δε εςιν ελασμα χρυσιου και αργυριου, και παν πνευμα ουκ εςιν εν αυτω. Primum pro הוא יורה legerunt והיא מורה vel adeo והיא in genere neutro. Deinde pro הנה הוא תפוש leg. והנה הוא תפושת neglecto tamen τω הנה. Certe תפושה recte vertere potuerunt ελασμα *lamina.* Nam

תפש olim dictum est pro *tractare*, *texere*, *extendere malleo* metalla, et adeo *obducere* metallo. ARABS vero pro ελασμα legit κλασμα, dum *segmentum* verteret. Caeterum ad παν — ουκ relege Luc. I, 37. A. teste Hieronymo: *et spiritus eius non est in visceribus eius*. Legit רוחו. SYR. *vana sunt et auro obducta*, *et spiritus non est in eis*, ac si legerit

חִנָּם הוּא וְתָפוּשׂ זהב
ורוח אין בקרבו

Certe verba: הוא יורה et וכסף וכל non apparent in hac versione. — ION. verba הוא יורה interpretatus est sic: ודמיא הוא מכרי ac si scriptor dicere vellet: etsi lapis mutus est tamen ipse vel mutus specie sua refert tale quid quod tibi acclamat: ecce obductus quidem est auro et argento, verum mens nulla inest.

v. 20. ויהוה) O. bene ο δε κυριος.

הס) *taceat a facie eius* i. e. *reuereatur* eum O. ευλαβειϑω. ION. liberius: *a conspectu eius consumentur numina terrae.*

CARMEN SECVNDVM.

III, 1. תפלה) Proponitur *formula precum*, quam noster composuit, accepta noua visione prophetica. Supponendus autem est propheta questus esse de tristissimis ciuium suorum fatis. Ad has vero querelas Deus hoc circiter modo responderat. "Tempus instat, Habacuce, quo non modo respublica Iudaeorum verum vniuersus omnino orbis maximas rerum conuersiones experietur. Primum quidem Israelitae a Chaldaeis vexabuntur. Deinde bella, caedes variaeque calamitates gentes reliquas peruadent. Haec vero tristissima Epocha finietur missione Messiae qua salus tuis totique orbi reddetur.„ Haec Deus in visio-

ne. Iam propheta ſpiritu diuino afflatus carmine exprimere inſtituit iſta Dei oracula, ſimulque depingere ipſam illam viſionem quae in ecſtaſi quadam ipſi contigerat.

על שגינות) Druſius: oratio Habacuci canenda ſecundum Odas quas *Segionoth* vocant. Nec multum diſcedit ab hac interpretatione Grotius. O. *προσευχη Αμβακουμ.* Sic SYRVS. Vatic. addit, *του προφητου μετα ωδης.* Sic ARABS. Reliqui de peccatis populi interpretati ſunt (a שגה *errare*, *deflectere*, *peccare*) pro quibus intercederet propheta. A. Σ. E. *ωδη* — *επι αγνοηματων.* Θ. *υπερ των εκουσιασμων.* VVLG. *oratio Habacuc prophetae pro ignorantiis.* ION. verboſe: *oratio, qua precatus eſt Habacuc propheta, cum reuelatus fuerit ei temporis tractus* quem (Deus) *conceſſerat impiis, vt ſi conuertantur ad legem ex animo integro, remitteretur eis, eſſentque omnia eorum peccata coram eo commiſſa, velut ignorantiae.* DATHIVS: *Preces Habacuci prophetae, pro auertenda calamitate.* Sed hoc minime aptum eſt orationis continuationi.

v. 2. שמעך) *quod dixiſti* — percepi cum ſumma reuerentia, caſtaque animi oblectatione. Sic explicandum יראתי. O. *κυριε εισακηκοα την ακοην σου, και εφοβηθην. κυριε* (in Vatic. abeſt *κυριε* vt et in AR.) *κατενοησα τα εργα σου* (codex Veronenſis, in quo etiam *κυριε* non habetur, addit poſt *σου, o Theos*:) *και εξεστην.* Αλλ. (quem Montefalconius ſeptimae editionis auctorem eſſe ſtatuit,) *κυριε εισηκουσα και ευλαβηθην, κατενοησα τα εργα σου και εξεστην.* Habuerunt, ni fallor, lectionem hanc:

יהוה שמעתי שמעך ויראתי
יהוה ראיתי פעליך ותהותי

et eſſet ſane haec lectio elegantiſſima, et analogiae maxime conueniens. Nec poſſes eam alia ratione ſuſpectam facere, quam ſi diceres: variaſſe olim lectionem

vocabuli יראתי, aliosque libros habuisse ראיתי (a ראה quod O. et alibi passim *κατανοειν* vertunt) alios רתותי, a רתת; et sic successiue e marginibus in textum irrepsisse. SYR. *Domine, audiui nomen tuum, ac timui. Domine, opera tua in medio annorum vitae.* Poterat certe שמע vertere *nomen tuum*, ܫܡܟ, nam שם et Syris de *fama* (שמע) dicitur. Ego tamen rescribendum putarem ܫܡܥܟ, adeo vt ܥ exciderit. Legit vero etiam פעליך, vt O.

יהוה פעלך בקרב שנים חייהו) *o Ioua opus tuum* (magnum illud quod mihi nunciasti — magnam illam per Messiam perficiendam rerumconuersionem) *in medio annorum perficies illud. Illud πλεοναζει.* Sed קרב שנים quid sit, non video. Dathius, *intra illud tempus.* Sed vbi extat, *illud?* et, quodnam tempus, quaeso, innuitur? Me quidem non fugit, apud Hebraeos *το* קרב post ב saepissime redundare. Sed iam non dici potest, quid sit, *in annis* s. *in tempore.* Nec memini me legere *in annis* pro, *suo tempore.* Propterea non omnino absurdam esse dicerem eorum sententiam qui קרב, de ipso puncto temporis inter vetus nouumque aeuum intermedio, interpretari instituerunt. Nam si קרב iungeretur vocabulo definitae notionis (v. c. בקרב העיר, בקרב השנה) indefinite positum esse posset. Sed cum שנים indefinite dicatur, ipsum קרב, ex analogia, definitionis et determinationis loco accipiendum esse contenderem.

תודיע) *notum facies* nempe per ipsam executionem decreti. "Wirst's kund werden lassen."

ברגז וגו') Wirst mitten im Zorn wieder gnädig seyn. Posses ב etiam *post* reddere. Post tot plagas salutem reddes. Iam de versionibus videamus. O. *εν μεσω δυο ζωων γνωσθηση, εν τω εγγιζειν τα ετη, επιγνωσθηση· εν τω παρειναι τον καιρον, αναδειχθηση· εν τω*

ταραχθηναι την ψυχην μου, εν οργη ελεους μνησθηση. Antequam conſtare poſſit de lectionis varietate quae prodit ex hac interpretatione, tollendae ſunt interpolationes, quas experta eſt verſio Alexandrina, quasque omnes et Arabs expreſſit. Nam non dubito quin olim ſcriptum fuerit: εν μεσω δυο ζωων, εν τω εγγιζειν τα ετη γνωσθηση. Mox in aliis libris notabantur aliorum interpretationes, adeo vt in marginibus eſſet επιγνωσθηση, quo alius vteretur pro γνωσθηση: porro alius interpretis verba quibus בקרב שנים תודיע expreſſerat: εν τω παρειναι τον καιρον, αναδειχθηση. Et hae tandem interpretationes in textum irrepſerunt et coaluerunt modo ſupra poſito. Similiter verba εν τω ταραχθηναι et εν οργη ſunt verba diuerſorum interpretum, quorum alter ברגז verterat εν τω ταρ. alter εν οργη. Acceſſit deinde, vt fit, ſcholion την ψυχην μου. Iam lectio qua O. vſi ſunt haec erit:

בְּקֶרֶב שְׁתַּיִם חַיִּים
בְּקָרֹב שְׁנִים תִּודע
בְּרגז רחם תזכור

vbi notandum חיים eos inepte de *beſtiis* accepiſſe, cum *vitam* notet. Interim lectionem חיים plurimi interpretum veterum tuentur. Nec contemnenda eſt haec lectio, cum το בקרב illuſtret, et ad שנים egregiam determinationem afferat. Syrus: *in medio annorum vitae, in medio annorum notus fies.* Legit ergo חיים et תודע in Niphal. Ion. in medio annorum in quibus dediſti eis *vitam.* Ergo חיים antiquiſſima lectio. Recentiores interpretes noſtram tuentur. A. εν τω εγγιζειν τα ετη ζωωσον αυτο. Legit בְּקָרֹב Σ. εντος των ενιαυτων αναζωωσον αυτο. Θ. εν μεσω ετων ζωωσον αυτο. Iam propheta depingit ſcenam ſibi in ecſtaſi oblatam cuius imaginibus ipſi plagae Dei easque inſecuta ſalus praeſignificatae erant.

v. 3. יבוא) Videbam in ecstasi Iouam ex Themane prodeuntem.

מהר פארן סלה) Ο. ο θεος εξ Θαιμαν ηξει (sic et A. Σ. E.) και ο αγιος εξ ορους Φαραν κατασκιου δασεος. Al. δασεως. Certus sum verba κατασκιου δασεος esse interpolata. Mos enim erat veteribus in marginibus librorum notare nominum propriorum explicationes, quales supra e Barberino notauimus. Iam פארן aliquis interpretatus est hoc modo vt in margine scriberet: κατασκιου, δασεος. Certe a פאר dicuntur פארות *rami* adeo vt mons פארן dictus videatur *ramosus* seu *opacus*, κατασκιος, *densusue*, δασυς. Θ. ο θεος (al. ελωα) απο νοτιου ηξει, απο ορους Φαραν Αλ. ο θεος απο λιβος ηξει, και ο αγιος εξ ορους Φαραν. Hinc VVLG. Deus ab Austro veniet. ARABS: *Deus* مِنَ ٱلْمَشْرِق *veniet*.

כסה) obtegebat, vt videbam, splendor eius coelum, terraque laude eius resonabat. O. εκαλυψεν ουρανους η αρετη αυτου —— A. Θ απεκαλυψεν ουρανους την ευπρεπειαν αυτης, δοξης αυτου και της αινεσεως αυτου επληρωθη η οικουμενη. Haec interpretatio Aquilae characterem minime refert. Deinde suspicor variasse olim lectionem sic vt pro ותהלתו alii libri habuerint והדרו adeo vt h. l. harum lectionum vtraque interpretatio αινεσεως αυτου et δοξης αυτου coaluerint. Certe et SYRVS lectionem והדרו ante oculos habuisse videtur, dum verteret: *operti sunt coeli splendore gloriosissimi et majestate eius repleta est terra.* Αλ. εκαλυψεν ο ουρανος την ευπρεπειαν της δοξης αυτου (hinc emendanda forte interpretatio superior) και της αινεσεως αυτου επλησθη η οικουμενη.

v. 4. כאור) Dathius recte de *sole* interpretatus est. Splendorem emittebat vt sol. ION. *splendor eius vt lux primigenia.* O. και φεγγος αυτου ως φως εσαι. Αλ.

διαυγασμα Φωτος εσαι αυτω. Hanc lectionem margo codicis Coislin. τοις O. tribuit. Vides ex hac interpretatione prodire lectionem תהיה לו ex illa vero ונגהו. Et ונגהו legerunt etiam SYR. VVLG. IONATHAN. Nec dubito quin genuina sit.

קרנים וגו׳) radii prodibant e manu eius, in qua latebat robur eius. O. τερατα (Vatic. rectius κερατα. Sic et ARABS) εν χερσιν αυτου υπαρχει αυτω (al. εν χερσιν αυτου αυτω — leg. בידיו) και εθετο αγαπησιν κραταιαν ισχυος αυτου. Al. pro κραταιαν leg. καρδιαν. Compl. και εθηκεν αγαπην ισχυραν της δυναμεως αυτου. Αλ. εκει απεστηρικται η δυναμις της δοξης αυτου. A. et posuit absconsionem fortitudinis suae. Σ. et posuit absconditam fortitudinem suam. Hi omnes in עזה suffixum habuere. Porro omnes ושם legerunt pro ושם. Denique חביון alii a חבא *absconditit* alii a חבב *impense dilexit* deriuarunt. AR. lectione hac vsus est: κερατα εν χερσιν αυτου· εθετο αγαπην ισχυραν εκ της δυναμεως αυτου. VVLG. *cornua eius in manibus eius* — (similiter sine לו) *ibi abscondita est fortitudo eius.* ION. liberrime: *scintillae a quadriga gloriae eius prodierunt, ibi patefecit majestatem suam* (hinc Dathius suum *patefecit*) *quae abscondita est a filiis hominum cum potentia sublimi.* SYRVS: *in ciuitate manuum suarum collocabit robur suum in vallo.* Pro קרנים legit בקרית *in ciuitate* — et ידיו pro מידו — sine לו — nec non ושם pro ושם. Denique inuerse עזה בחביון, vbi tamen חביון interpretatus est, *Wall*, aufgeworfner *Graben*, hinter dem man sich *verbergen* kann, ܠܟܡܢܐ.

v. 5. לפניו וגו׳) Praeibat eum angelus mortis interque pedes eius prodibat draco igniuomus. Sumtae sunt hae imagines e daemonologia Orientis. O. προ προσωπου αυτου πορευσεται λογος, και εξελευσεται εν πεδιοις κατα ποδας αυτου. Codex Veron. *y podes autu* (a linea habet nectitque sequentibus, *estesan ce esaleuthe e ge* etc. Vatic. εις πεδια κατα ποδας αυτου.

Arabs: *et disciplina prodibat in vestigiis eius.* Legit sine dubio: *και παιδια εξελευσεται κατα ποδας αυτου.* Et video ed. Venet. et Argent. habere adeo lectionem *εις παιδιαν* — corrupte pro *εις πεδια.* Videntur autem pro רשף legisse במישר vel tale quid, et דבר legerunt דָּבָר *verbum*, vt Theodotion. Αλ. *και κατα ποδας αυτου ακολουθηση τα μεγιστα των πετινων.* A. ante faciem eius ibit pestis, λοιμος. Σ. ante faciem eius praecedet mors. E. ante faciem eius ambulabit mors. Illud vero רשף A. *volatile* Σ. Θ. E. *volucrem* vertunt. Hieronymvs: "Vbi diximus, *egredietur diabolus ante pedes eius.* Aqu. pro *diabolo* transtulit *volatile*, Sym. „autem et Th. et V. ed. *volucrem*, quod ebraice dici„tur *reseph.* Tradunt autem Ebraei, quomodo in Euan„gelio princeps daemoniorum dicitur esse *Beelzebub*, ita „*Reseph* daemonis est nomen, qui principatum teneat in„ter alios, et propter nimiam velocitatem atque in di„versa discursum *auis* et *volatile* nuncupetur; ipsumque „esse, qui in Paradiso sub figura serpentis mulieri sit lo„cutus, et ex maledictione qua a Deo condemnatus est, „accepisse nomen. Siquidem Reseph *reptans ventre* in„terpretatur.„ Αλ. *προ προσωπου αυτου προελευσεται πτωσις.* Vvlg. *ante faciem eius exibit mors et egredietur diabolus ante pedes eius.* Ion. *a facie eius missus est angelus mortis et prodiit in flamma ignis verbum eius.* Suspicor eum legisse ברשף רגלו. Certe רגל olim et de sermone dictum fuit — *Gang* der *Seele* — der *Rede* — ipsa adeo *cogitata* et *dicta.* Et Arabes ارتجل de *sermone extemporaneo* dicunt. Syr. *ante ipsum praecedit mors et egrediuntur volucres ad pedem eius.* Et ܦܪܚܬܐ, quo h. l. vtitur, sunt pr. *aues*, e quarum cantu ominari licet. In mente forsan habuit *auem* qua audita sibi aliisue de morte ominabantur.

v. 6. עמד וגו׳) Stabat et metiebatur terram, intuebatur et dissipabat gentes. O. *εστη και εσαλευθη η*

γην· εβλεψε και ετακη εθνη. Cod. Veron. *eblepsen ce etakesan ethne.* Hexpl. διετακη. Leg. וימער pro וימדד. Αλ. (forte Σ) ϛας διεμετρησε την γην· κατανοησας εξεικασε τα εθνη: al. κατενοησεν και εξηκασεν. Ion. legit וימער in Hiphil: *et commouit terram.* Idemque το *liquefacere*, *dissoluere*, quod verbo נתר indicatur, per *diluuii* immissionem interpretatus est.

ויתפצצו הררי עד) montes immensae aetatis disjiciebantur — שחו subsidebant — *sanken ein.* O. και διεθρυβη τα ορη βια. ετακησαν βουνοι αιωνιοι. Vatic. et Ar. διεθρυβη sine και. Legerunt עֹז pro עד et acceperunt poetice pro בעז seu מעז. Αλ. διεθρυβη, και τα ορη θραυσθησεται ταπεινωθησονται αι ναπαι εκ του αιωνος Est lectio corrupta. Primum omissum est βια. Deinde coaluerunt duae interpretationes διεθρυβη et θραυσθησεται. Forsan vera lectio huius interpretis est quam Drusius affert: και τα ορη εθραυσθησαν βια.

הליכות עולם לו) haec fateor me non intelligere. Quod Dathius a Ionathane habet: *totum hoc vniuersum eius imperio subest*, nec sponte satis e verbis fluit nec ad praecedentia quadrat. O. πορειας αιωνιους αυτου. Melius in Hexapl. αιωνιας Al. αι οδοι αιωνιαι αυτου. Arabs: *Viderunt vias suas aeternas pro laboribus.* Iuncta legit verba commatis huius vltima

πορειας αιωνιας αυτου

cum verbis sequentis commatis

Αντι κοπων ειδον.

Sed Montefalconius affert alium interpretem, quem supra iam Symmachum esse suspicatus sum: αι οδοι αι εξ αρχης αλλοιωθησονται· αυτου ενεκα σεισθησεται η οικουμενη. Verba posteriora αυτου κ. λ. mihi videntur alieno loco posita esse. Sed priora, nostri commatis verba postrema, exprimunt sic tamen, vt pro לו lectum fuerit גלו. Nempe גלל a graecis reddi solet περιαι-

ϱεω, αφαιϱεω, φυϱομαι, et מגוללה καταλλαγη vt adeo et αλλοιοω verti potuerit. Iam ſenſus eſſet: vetuſtiſſimi rerum ſtatus immutabuntur. *Der Gang der Dinge ſeit Iahrhunderten* — ſiue: *was ſeit Iahrhunderten ſeinen immerwährenden Gang gehabt hatte, ſah' ich nun auf einmal ſich abändern. Gott maſs die Welt von neuen aus, machte neue Abtheilungen der Länder: lieſs die alten Völkerſchaften untergehn und ſchuf ſich neue; wo Berge waren, machte er Ebenen; kurz — er gab der ganzen uralten Maſchine einen neuen Gang.*

v. 7. תחת און ראיתי) *ſub peccato eſſe* reddi poteſt, *puniri*, *ſuccumbere ſcelerum effectibus.* Videbam, ait, Cuſchaeos ſuppliciis afflictos, cortinasque Midianitarum concuſſas et iamiam lapſuras. (Der Zug der Scene kam über Arabien her.) O. αντι κοπων (al. πονων: nam עמל ואון centies vertunt κοπος και πονος: et hinc iſta vocabula ap. Helleniſtas vbique permutantur) ειδον σκηνωματα Αιθιοπων (male, ſunt h. l. Arabes Cuſchaei) πτοηθησονται και αι σκηναι γης Μαδιαμ. Διαψαλμα. Ac ſi eſſet ויריעות (πτοηθ. relato ad praecedentia) et in fine commatis, סלה. Alii libri: ταϱαχθησονται και σκηνωματα Μαδιαμ. Cod. Veron. *ce ſcenomata ges Mazian.* Αλ. (quem ſupra Symmachum eſſe dixi) κατανενοηκα τας σκηνας Αιθιοπων, ταϱαχθησονται οι κατοικουντες τας δεϱϱεις Μαδιαμ. Nam *tentoria*, cum conficerentur e cortinis et pellibus mox *cortinae* (יריעות) mox *pelles* (δεϱϱεις) vocantur. Hinc VVLG. turbabantur *pelles* etc. Caeterum cum viderem hunc interpretem omiſiſſe verba תחת און in mentem mihi venit coniectura, quam peritorum iudicio ſubmitto. Forſan in vetuſtis Codicibus hebraicis fuit integrum comma, quod poſtea excidit, cum verba aliqua omitterentur, et reſidua male diſtinguerentur. Forſan verbis

הליכות עולם גלו
תחתיו תרעש הארץ

comma deperditum reſtitui poſſet. Certe haec verba hebraica reſpondent graecis: *αι οδοι αι εξ αρχης αλλοιωθησονται αυτου ενεκα* (pro quo ſcribere debuiſſet *υπ' αυτου* ſ. *ſub pedibus eius*) *σεισθησεται η οικουμενη.* Iam propheta ſcenam interpellare inſtituit.

v. 8. חרה ſupple אפך *ira tua.* Nam חרה pr. non de *homine* dicitur, ſed de *ira:* חרה אף *exardet ira.* Iam vides, quam ſcite O. verterint in ſecunda perſona: *μη εν ποταμοις ωργισθης κυριε;* Hoc nullus interpretum vidit.

כי תרכב) Iam propheta ſibi velut ipſe reſpondet, negatque hoc quod interrogauerat. Et in tali caſu כי eſt *immo vero* — haec tota ſcena, ait, eo ſpectet, vt tu Ioua populo tuo ſalutem pares. O. *οτι επιβηση επι τους ιππους σου, και η ιππασια σου σωτηρια.* Leg. ומרכבתיך, rectiſſime. Αλλος iſte reſponſionem diſtinctius extulit neglecto כי: *ανεβης επι τα αρματα σου η ιππασια σου σωτηρια ο προεβης.* Hoc *ο προεβης* e margine venit. Notauerat aliquis, vt opinor, variam lectionem *προεβης*, cum ſigno annuli ad *ανεβης.* Et imperitior poſtea *ο προεβης* legit textuique intulit: quod Druſius reperit alibi ſic ſcriptum *ου προεβης.* Lectionem genuinam ומרכבתיך tuentur etiam Syr. et Vulg.

v. 9. עריה תעור וגו') Audiamus primum interpretes, vt de lectione conſtet. O. *εντεινων εντενεις το τοξον σου.* (Vatic. *εντεινων ενετεινας.* Comp. *εντεινας εντενεις* Cod. Veron. *entynon entenys.* Alii *εκτεινων* —) *επι τα σκηπτρα, λεγει κυριος.* (Vatic. add. Διαψαλμα quod Αλλος et A. habent:) *ποταμου* (Vatic. *ποταμων* Cod. Veron. *potamys rageſete e ge.*) *ραγησεται γη.* Primum ego lectionem *εκτεινων εκτενεις* omnibus aliis praeferrem. Eſt ea Analogiae conſentanea, et verbis hebraicis

apta. Praetereaque ei Ar. fauet. Nam ערות nunquam est *εντεινειν*. Sed dicitur de armis, vbi *protrahuntur* e thecis vel armamentariis. Sed legisse videntur ערות תער *protrahendo protrahes* vel ad litteram *nudando nudabis*. Porro pro שבעות legerunt שפטות, (nam et pluralis foem. in vsu fuisse videtur) vel adeo על שבטות: מטות vero omnino non habuerunt. Denique אמר יהוה pro אמר סלה et תבקע pro תבקע. Ar. pro σκηπτρα habuisse videtur σημεια, vertit enim عَلَى ٱلْوِيَةٍ. Longe aliter Αλλος iste: εξεγερθη το τοξον σου, εχορτασας βολιδας της Φαρετρας αυτου. ποταμους διασκεδασεις και γην σωσεις.' Legit ערות תער et תער pro Niphal habuit. Deinde pro

שבעות מטות אמר

legit

שבעת מטות אוצרו.

Certe אוצר *apothecam* potuit accipere de *pharetra*. Denique post ארץ legit תרפא. Syr. *euigilans euigilabit arcus tuus, et saturabuntur sagittae ad iussum tuum, gloria.* (Accepit ab עור *euigilare*. Pro שבעות legit ושבעו, porro אמרך pro אמר denique, סלה reddidit *gloria*. Hoc etiam graeci faciunt qui, vbi in Hebraeo est הללו יה vel סלה aliquoties δοξα habent:) *et terra fluminibus discindetur*. Leg. תבקע vt O. Vulg. *suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus, quae locutus es. Fluuios scindet terrae*. Non habuit סלה et pro תבקע legit יבקע. Ion. *reuelando reuelatus es cum potentia tua propter foedus tuum, quod cum tribubus verbum tuum pepigit in secula: ipsis scidisti rupes fortes, et manarunt flumina inundantia terram.* Accepisse videtur το סלה vt A. qui αει vertit. Et vt Αλλος iste post ארץ habuerat תרפא ita hic ירוה, *irrigabat*, legisse videtur. Iam exerceant ingenium viri docti in tanta lectionis varietate. Ego paucis dicam

quid iudicem. Lectio quam praehabendam esse censeo, haec est:

עֲרוֹת תְּעֹר קַשְׁתֶּךָ
שִׂבְּעַת מַטּוֹת אֲצֻרֶךָ (סלה)
נְהָרוֹת יִבְקַע
וָאָרֶץ יָרְוֶה (סלה)

Propheta enim commate praecedente dixerat hanc scenam non nisi eo pertinere vt populo suo tandem salus et beatitas eueniat. Iam vt certiorem faciat animum suum et lectorum suorum de huius spei certitudine, in memoriam reuocat Iouae res gestas inde ab exitu ex Aegypto, atque ex his denuo tandem concludit fore, vt Ioua post tristissima fata pacem salutemque suis restituat. Itaque sic incipit. *Protrahebat armaturam suam, et satiabat* (hostium sanguine) *tela thecae suae. Flumina scindebat*, (i. è. petra discissa torrentem emanare iubebat) *terramque* (sic) *irrigabat.* Haec ego; saluo aliorum iudicio.

v. 10. ראוך רגו׳) Hoc ראוך ante singulas propositiones, quae sequuntur, repetendum. "Vor deinem Blicken bebten die Berge — schossen die Wasser davon — ertönte der Abgrund — thürmten sich die Fluten!„ Describitur transitus Israelitarum per Jordanem. Ponitur autem יד pro *latus*. Hinc *altitudo manus suas sustulit*, idem est, quod, *vndae ad latera sua extollebantur.* Nempe a sinistra defluebant aquae Jordanis in mare mortuum, a dextra autem consistebant. O. *οψονται σε, και ωδινησουσι λαοι* (al. *ωδινουσι.* al. *ειδον σε, και συναλγουσιν.*) *σκορπιζων υδατα πορειας* (Vatic. add. *αυτου*) *εδωκεν η αβυσσος φωνην αυτης, υψος φαντασιας αυτης επηρθη.* Legerunt ויחילו et עמים pro הרים, porro זֹרֵה pro זרם, mox עֵבֶר pro עבר, denique יוֹרָה (יורה i. q. מורה *idea, forma, Gestalt*, a ירה informare *einem einen* Begrif *machen, die* Gestalt *eines Dinges zeigen*:) pro ירוה — vitiose omni-

rio, vt opinor. Ἀλλος iſte: εν τῳ αντοφθαλμειν σε ταραχθήσονται τα ορει· εν τῳ τον εξαισιόν σου ομβρον διελθειν δι αυτης, η αβυσσος ανεφώνησε μειζον. Senſum expreſſit. Et δι αὐτης gloſſam redolet. Syrvs: *viderunt te montes et tremuerunt, et inundatio aquarum transiit, et extulit abyſſus ſonum ſuum, et altitudinem manuum ſuarum exaltauit.* Legit ראוך הרים ויחילו: porro וזרם et ונתן: denique ורום. Vvlg. *viderunt et doluerunt montes.* Legit fere vt Syrvs: ראוך ויחילו הרים. Nec dubito, quin ו ſit reſcribendum. Arabs επηρθη male ad comma ſequens retulit, vt hodie etiam eſt in multis libris graecis.

v. 11. זבולה) pro בזבולה *in ſtatione* (*ſua.*) Ioſ. X.

לאור חציך יהלכו) ego יהלכו referrem ad Iſraelitas, qui poetice dicuntur iuiſſe praelucentibus fulgoribus. O. ο ηλιος και η σεληνη εστη εν τη ταξει αυτης· εις φως βολιδες (debebat eſſe βολιδων) σου πορευσονται, εις φέγγος αστραπης οπλων σου. Alii libri habent εν φωτι — πορευσονται. Et ſic Arabs legit — vt et εν φεγγη. Nec non Syrvs vertit ac ſi eſſet באור et בנגה. Pro εις φεγγος αστραπης οπλων σου Cod. Veron. habet: *ce pheggos aſtrapes ſu os oplon ſu.* Ἀλλος: φως το λαμπρον του ηλιου επεσχεν· το δε φεγγος της σεληνης εσταθη κατα το φεγγος (reſcr. φως) των βολιδων σου πορευσονται, κατα το φεγγος αστραπης μαχαιρας σου. Quanquam Montefalconius haec eidem tribuat interpreti, quem ſupra ſaepius laudatum vidimus, mihi tamen hoc comma ab indole ſupra laudati nimis abhorrere videtur: nam nimium παραφραζει.

v. 12. בזעם) iratus terram peruadebas; gentes conterebas indignabundus. Intellige gentes, quae ante Iſraelitarum inuaſiones Palaeſtinam incolebant. O. εν απειλη σου (ſic et Cod. Veron. ſed Vatic. et Ar. σου non habent) ολιγωσεις γην (al. ελαττωσεις) και

εν θυμω καταξεις εθνη. Legerunt תצער pro תצעד: deinde ובאף pro באף. Cod. Veron. *en to thymo su.* Αλλος: *μετα θυμου εγερθηση επι την γην, μετ οργης αλοησεις εθνη.* Vvlg. *in fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies gentes.* Syrvs lectionem ובאף tuetur.

v. 13. את משיחך) cum principe a te constituto — sc. Iosua. Ο. *εξηλθες εις σωτηριαν λαου σου, του σωσαι τους Χριστους σου.* Sic et Cod. Veron. et Arabs. Leg. משיחין. Σ. vt saluares Christum tuum. Rectius Α. Ε. *εις σωτηριαν συν Χριστω σου.* Sic Vvlg. Syrvs ולישע, altera vice. Sexta editio: *εξηλθον του σωσαι τον λαον σου δια Ιησουν Χριστον σου.* Hieron Christos tuos. Idemque annotat, *Christos domini* dictos fuisse omnes, qui egressi sunt ex Aegypto. Iam vide Hebr. XI, 26. Αλ. *ανεφανης επι σωτηρια του λαου σου, ρυσασθαι τους εκλεκτους σου.*

מחצת ראש מבית רשע) מחץ graeci reddunt *πατασσειν, θλαν, θραυειν, κατατοξευειν.* Ο. *εβαλας* (Cod. Ver. *ebales*) *εις κεφαλας ανομων θανατον.* Al. *βαλεις.* Al. *επεμψας.* Videntur שלחת, vel simile quid, legisse, et pro ראש מבית רשע habuisse ראש רשע מות. Certe מבית sensum admodum difficilem admittit. Αλλος: *κατετοξευσας κεφαλας ανθρωπων υπερηφανων.* Legit etiam מות, sensumque modo expressit.

ערות וגו׳) Biblia Hooghtiana יסוד sed alii libri יסור. Lectio forsan olim sic variauit, vt alii libri haberent

ערות יסור עד־צואר

adornando i. e. dum adornares poenam vsque ad collum; alii vero

ערות יסוד עד־צואר

dum denudares fundamentum vsque ad collum i. e. penitus euerteres. Θ. *ornasti* fundamentum vsque ad col-

lum. E. *denudasti* fundamentum vsque ad collum. Αλλ. *εως αβυσσου της θαλασσης καταδυσονται.* Tropum cum tropo permutauit. O. *εξηγειρας δεσμους σου* (Vatic. et Ar. sine *σου*) *εως τραχηλου.* Legerunt נערת מוסרות ab עור, niph. *excitare.* Syr. *et nudasti eum a fundamentis vsque ad collum.* Parum abest eius lectio, quoad litteras, a lectione *των* O. Legit וערת (אותו) מיסדות ab ערה *nudauit* et יְסֹד *fundamentum.*

v. 14. נקבת וגו׳) Textus non omnino sanus esse videtur. Examinemus veteres. O. *διεκοψας εν εκστασει κεφαλας δυναστων* (Bibl. regia: *διεμερησας εν θαμβει τας κεφαλας των δυνατων*) *σεισθησονται εν αυτη. Διανοιξουσι χαλινους αυτων, ως εσθων* (Cod. Ver. *esthion*) *πτωχος λαθρα.* Bibl. reg. *σαλευθησονται.* Cod. Hisp. *ανοιξουσι ηνιας αυτων, ως τρυγων εν αποκρυφω.* Lectione vsi sunt hac:

נקבת בתמה ראשי רזנים יסערו בה
פצר מצלתם כמו־אכל עני במסתר

nempe בתמה est *in stupore*; vox obsoletior, pro תמהון. Deinde רזנים sunt *magnates*, *δυνασται.* Porro pro להפיצני legerunt, להפצר vel בהפצר et diuiserunt continuam scriptionem sic, בה פצר, adeo vt בה, *εν αυτη*, referrent ad יסערו, et פצר formarent a פצה *dilatauit*, quod Thren. II, 16. III, 45. *διανοιγειν* vertunt. Mox pro עליצתם leg. מצלתם quod etiam Zach. XIV, 20. per *χαλινους* interpretati sunt. Denique pro לאכל leg. אכל *εσθων.* Αλλος: *εξεδικησας μετα δυναμεως σου τους αρχηγους των αμαρτωλων τους πεποιθοτας επι τη αυθαδεια αυτων, ενεκεν του καταφαγειν τους πτωχους λαθρα.* Verbi נקבת sensum expressit; et pro במטיו legit בתמך *in perfectione, virtute*, a תמם *perfectus fuit.* Iam quod vt O. רזנים legerit manifestum satis est. Verum vnde *των αμαρτωλων* sit, non constat. Liceat coniecturam proponere. Suspicor duas lectiones in libris quibusdam hebraicis coaluisse, scilicet

רזנים et פרזים, quarum alterutram in marginibus antea notauerant. Hanc vero פרזים veteres interpretes *pagani* reddere ſolebant. Quod cum noſter reperiret, deque *ethnicis* intelligeret, curne pro liberiore ſúa vertendi ratione αμαρτωλων vocabulo eum vſum eſſe diceres? Porro pro יסערו legit אשר, quae permutatio in libris manuſcriptis facillima erat. Nam litterae י, ו, ז, ר, vbi ad ע ponuntur, omnino formam του ש referunt. Mox פצו habuit cum Alexandrinis, atque το פצה, quod de apertione oris dicitur, quae fit per riſum e laetitia ortum, πεποιϑενοι interpretatus eſt. Pro עליצתם legit עריצתם *violentiam, arrogantiam* eorum; ante quod על vel legiſſe vel ſponte ſuppleuiſſe cenſendus eſt. Et cum hoc interprete mirifice conſpirat Syrvs, qui ſic vertit: *Perfodiſti ſceptris eius capita principum eius qui confidebant audaciae ſuae*, (fore) *vt comedant pauperes in occulto.* In verbis quidem prioribus hodiernam lectionem tuetur. Verum in poſterioribus lectiones ſupra poſitas fere confirmat. Legit enim

ראשי רזניו אשר פצו עריצתם

Ion. *ſecaſti mare virga eius* (nempe) *Moſis et fortes principes exercitus Pharaonis, qui machinabantur machinationes aduerſus populum tuum, egiſti eos vento procelloſo, eos demerſiſti in mare Suph, propterea quod faſtidiuerunt et in ſeruitutem redegerunt populum tuum, et clam conſultarunt de interitu eorum.* Vvlg. *maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad diſpergendum me. Exultatio eorum, ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.* A. του διασκορπισαι (a פרץ — ſed ſine ſuffixo ני: quod nullus veterum agnoſcit praeter Vvlg. quodque mendum noſtrae lectionis manifeſtiſſimum eſſe videtur:) γαυριαματα αυτων του φαγειν πενητας αποκρυφως. Σ. επελϑοντας σκορπι-

σαι (hinc Vvlg. suum *venientes* ad dispergendum) γαυριωντας ωςε καταφαγειν κρυφιως. Forsan πτωχους ante κρυφιων librariorum vitio omissum est. —— Sed iam, ne nimis longus sim in enarranda et exponenda horum interpretum varietate, quam lectionem reliquis anteponendam esse statuam, paucis addam. Rescriberem sic:

נקבת בחסך ראשי רזנים
עשר פצו (על) עריצתם
כמו—לאכל עני במסתר

Percussisti in virtute tua capita principum qui violentiae suae nimis confiderant ac si te inscio (i. e. impune) *possent deuorare pauperem.* Quid sibi velit Dathii versio, me omnino latet. "Diris deuouisti caput pagorum s. metropolin per principes eius, qui instar turbinis me inuadebant, vt me dispergerent, atque exultabant conficere pauperem in obscuro latentem.„ Quid est caput pagorum, quaeue metropolis? Vnde, *principes eius?* (Videtur vtramque lectionem, masorethicam scilicet et eam quam veteres suppeditant, in mente habuisse. Certe nullibi indicat, se h. l. aliam lectionem secutum esse.) Vbi extat, *me* inuadebant? Et quomodo Israelitae (de quibus hic sermo est) dici possent pauperes *in obscuro latentes?*

v. 15. דרכת) Lege cum vocali longa sub ר vt sit Piel. „Per mare duxisti equitatum tuum.„ Intellige exercitum Israelitarum. Si enim de *nubibus* explicare velles, quae vocari solent *equi dei*, docere vix posses, quomodo Deus nubibus vehi dicatur *per mare.* Ad חמר repete ב, *per lutum* — i. e. *durch den schlammigten Boden des Meeres.* Ο και επιβιβασας εις θαλασσαν (Cod. Veron. *epebibasas.* Vatic. και επιβιβας εις θαλασσαν. Al. υπεργηγαγες επι θαλασσης) τους ιππους σου, ταρασσοντας υδατα πολλα. Sic Cod. Ver. sed Hexapl. υδωρ πολυ. Legerunt

ודרכת et pro חמר habuerunt חמרי *turbantes*. Αλλος: *ανεβιβασας επι θαλασσας τους ιππους σου, εταραχθη τα εξαισια υδατα της αβυσσου.* Leg. חמרו *turbida facta sunt*. Syr. et Ion. דרכת in Kal acceperunt. Posterior hoc modo vertit: *manifestatus es super mari in curru gloriae tuae* (in curru tuo glorioso — *auf deinem Donnerwagen*) *in aceruo aquarum multarum*.

v. 16. שמעתי) Itaque, etsi nuper (in priori visione, quam in priori carmine excerpserat) perceptis istis Iouae decretis de populi Judaici interitu, vehementissimé commotus fuerim, haec tamen cogitans (quae mihi in hac visione Deus de hostium nostrorum interitu, futuraque post tot calamitates felicitate patefecit) laeto iam animo sum etc. Hic sensus et nexus est commatum XVI — XIX. O. *εφυλαξαμην, και επτοηθη η καρδια μου.* Al. *και εφοβηθη η καρδια μου.* Lectio posterior vitiosa. Interim pro שמעתי leg. שמרתי. Αλλος: *εταξαμην, και ανεστατωθη τα σπλαγχνα μου.* Legit עמתי.

לקול צללו שפתי) ad vocem (istam) tremuerunt labia mea — vt vox faucibus haereret. Syrus mire: *audiui et commotus est venter meus propter loquelam labiorum meorum:* ac si esset לְקַבֵּל מִלָּה שפתי.

תחתי ארגז) Videtur ארגז nomen esse. Venit subter me commotio. Syrus: *et genua mea tremuerunt: nam praenunciauit mihi et ostendit mihi diem calamitatis quae veniet super populum.* De hac versione mihi sic videtur. Verbum יגודני omissum fuerat et in margine positum sic יגידני. Hinc alius alieno loco collocauit. Porro pro scriptione continua אנוחליום legit hanc אנחלייום hoc modo אנח לי יום, atque אנח de voce *lugubri* et *gemebunda* interpretatus est, qua prophetae aduersa nunciabant, adeo vt *ingemuit mihi* s. *ad me* (לי pro אלי) idem ei esset quod *praenunciavit mihi*. Igitur lectio Syri haec fere esset

אנח לי יום צרה ויגודנו
לעלות לעם

O. — επτοηθη — απο φωνης προσευχης χειλεων μου, και εισηλθε τρομος εις τα οστα μου, και υποκατωθεν μου εταραχθη η εξις μου. Αναπαυσομαι εν ημερα θλιψεως μου, του αναβηναι με (Hexapl. fine με, rectius:) εις λαον (al. vitiose ναον) παροικιας μου. Al. προς τον λαον. Et Cod. Veron. pro εξις μου habet, *iſchys mu*. Hieron. "*conturbata eſt fortitudo mea*, ſiue „vt alibi ſcriptum eſt, η εξης μου, quod nos poſſumus „dicere, *habitudo mea*. Diuerſa quippe exemplaria „reperiuntur.„ Primum quidem vt Syrus pro צללו legerunt מללה. Deinde ויבוא. Mox pro ארגז אשר eos legiſſe ſuſpicor תרגז אשי, *turbatum eſt robur meum*, *meine Mannhaftigkeit*, *Stärke*, *feſte Leibesconſtitution:* quod vocabulum, collato Chaldaismo, in vſu fuiſſe mecum exiſtimabis; maxime ſi animaduertes, vocem איש deſiderare verbum quoddam radicale Nec fugere rei peritos poteſt, quam prona ſit του י cum ר in libris manuſcriptis permutatio. Et ego nullus dubito quin אשר omnino rejiciendum ſit, ſi vel ſenſum verborum ſpectem, qui voce אשר fere turbatur. Porro pro צרה leg. צרתי. Denique pro יגודנו leg. מגורי. Σ. Θ. — και υποκατω μου εταραχθη η εξις μου. Leg. ſimiliter תרגז אשי. Αλλος: — ανεστατωθη — απο της φωνης του στοματος σου, ανεδυ τρομος εις τα οστα μου· κατ εμαυτον εταραχθην. ταυτα φυλαξεις εν ημερα θλιψεως, επαγαγειν επι εθνος πολεμουν τον λαον σου. Credo, hunc interpretem מללה legiſſe, ſed ſenſum magis quam litteras expreſſiſſe, quam rationem etiam ſecutus eſt in voce ותחתי quam tamen ſine ו legit. Sed pro אנוח habuit תניח in Hiphil; *quieſcere faciet*, — *reſeruabis*. Deinde vocabuli יגודנו varietatem etiam hic interpres demonſtrat. Videntur alii libri גדוד habuiſſe; quam varietatem aliquis forte in margi-

ne notauit verbis: εθνος πολεμουν, *turba pugnatrix*. Hinc noster vel sponte vel librariorum (marginum notas in textum inferentium) vitio: επι (εθνος πολεμουν) λαον σου. Caeterum subesse praeterea lectiones: לעמך — ה in Hiphil, absorpto לעלות — שפתיך quilibet, me non monente, perspiciet. — VVLG. *audiui, et conturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis et subter me scateat. Vt requiescam in die tribulationis: vt ascendam ad populum accinctum nostrum.* Prodeunt varietates hae. Primum pro ארגז suspicor eum legisse תרגן. Certe רגן videtur olim dictum fuisse de *murmure* quo *cadit* imber, *scaturitue* fons — hinc vniuerse *murmurare*. Mox לעלותי. Denique לעם גדודינו. Nam cum גדוד sint proprie, *bewafnete*, qui parati sunt ad pugnam, vel qui pugnatum et irruptum exeunt, non miror quod גדודינו. עם verterit: *populum accinctum nostrum.* ION. more suo immiscet aliena: *dixit Babel: audiui et commoti sunt reges propter iudicium quo iudicati sunt* (i. e. ob supplicia quibus affecti sunt) *Aegyptii: ad vocem sermonum illorum tremuerunt labia mea*: (vtraque fere lectio מלה et צללו) *inuasit tremor sapientes, et in loco quo remansi commotus sum quod reliquerit me in die angustiae, quo tempore adscendet transmigratio populi mei ex me, conteret me.* Legit יגודני. Ex hac varietate lectionum, si legum grammaticarum, autoritatisque proponderantis, rationem habere velis, haec facile optio tibi arridebit, qua rescribendum esse statuas:

שמעתי ותרגז בטני
לקול צללו שפתי
יבוא רקב בעצמי
ותחתי תרגז אשר
אנוח ליום צרה
לעלות לעם גדודינו

hoc senſu: *quamquam auditis iſtis, commota ſint viſcera mea, et ſub me concuſſum ſit robur meum*, (tamen) *quietus ſum ad diem* (i. e. tranquillus expecto tempus). *quo* (לעלות in Hiphil) *ducturus eſt* (Deus) *contra populum* (ſuum) *inuaſores noſtros*. Si malles retinere יגודנו ſupplendum eſſet אשר — *quo ducturus eſt contra populum* (*hoſtem*) qui *inuadat nos*.

v. 17. כי תאנה וגו׳ (כי—*quamuis*. Et haec particula ad ſingulas propoſitiones, quae ſequuntur, repetenda eſt. — כחש eſt *ſpem fallere*. — מעשה eſt *fructus, prouentus*. nam arbores dicuntur עשות פרי *ποιειν καρπον*. Hinc Syrus מעשה ſcite reddit: *fructus* oleae. — אכל i. q. דגן: hinc Syrus ܥܒܘܪܐ, *frumentum*. Sed το שדמות *agros* reddit *foueas*. "*Foueae* non producent *frumentum*.„ Forſan אדר (quo voc. h. l. Syr. vtitur) olim apud Syros et Chaldaeos etiam de *ſulcis* dictum eſt, quibus committuntur ſemina. Niſi diceres Syrum h. l. ſponte permutaſſe nomina formae, et poſuiſſe *areas* (nam אדר etiam *aream* notat) in quibus excutiuntur frumenta, pro *agris*, in quibus creſcunt. Certe talem permutationem commiſiſſe videtur et infra, vbi pro: *non erunt armenta in ſtabulis*: habet: *non erunt boues in armentis*. O. *διοτι συκη ου καρποφορησει* (al. *ου μη παραδω τον καρπον*, ſunt verba alius interpretis:) *και ουκ εσαι γεννηματα* (al. *φυτα*) *εν ταις αμπελοις. ψευσεται εργον ελαιας, και τα πεδια ου ποιησει βρωσιν*. (Al. *ου ποιησουσι βρωματα*. Cod. Veron. pro *βρωσιν* habet *carpon*) *Εξελειπον* (ſic Cod. Ver. ſed Hexapl. *εξελιπεν*) *απο βρωσεως* (leg. מאכלת: hinc alii libri: *διοτι εφαγον*) *προβατα, και ουκ υπαρχουσι βοες επι φατναις εξιλασεως αυτων*. Verba poſtrema vitioſe irrepſerunt in textum. Neque leguntur in Hexaplis, Vatic. Cod. Veron. aliis. Fuit olim lectio כפרתם *expiatio eorum*, in libris quibuſdam, pro ברפתם *in ſtabulis*. Hanc varietatem ali-

quis in margine notauerat verbis εξιλασις αυτων, quam alius textui intulit sic, vt casum secundum poneret, ne sensus omnino deesse videretur. Αλλος: η συκη ου μη παραδω τον καρπον αυτης, και εν ταις αμπελοις ουκ εσαι φορα· η ελαια εξιτηλος εσαι, (*wird verschwinden* — eleganter,) η δε γη μη εκθαλη βοτανην· εκλειψει εκ μανδρας προβατα, και βοες ουχ υπαρξουσιν επι φατναις. Ion. lepide: *Etenim regnum Babel non perstabit, nec exercebit dominium in Israel: trucidabuntur reges Medorum et heroes Graecorum non prosperabuntur: delebuntur Romani nec colligent tributum de Ierusalem.*

v. 18. ואני) ו *tamen* ego — O. εγω δε — Vulg. *ego autem* — *in deo Iesu meo.*

v. 19. וישם וגו׳) *et ponet* (faciet) *pedes meos vt* (pedes) *ceruarum* i. e. efficiet, vt euadere possim quaevis pericula, postque tot calamitates saluus supersim.

ועל—במותי) lege ועל—במות sine suffixo. *In excelsis aliquem incedere facere* est, *in tuto collocare*, et a malis quibuscunque immunem praestare. Dathius eodem modo. Sed non indicauit se suffixum neglexisse.

למנצח בנגינותי) Dathius: *vt meis carminibus eum laudare possim.* Satis bene. Sed talis sensus e lectione vulgari non fluit. מנצח est nomen personae. Itaque legendum esset לנצח vt 1 Chron. XV, 21. XXIII, 4. et probandum, fieri posse vt נצח vertatur *carminibus celebrare.* Idque docet lingua Syriaca. Nam נצח a Syris dicitur pro *celebrem esse.* Adeoque in Piel esset *celebrare.* Reliqui interpretes qui haec verba similem esse inscriptionibus Psalmorum putarunt, non animaduertisse videntur, repugnare suffixum in בנגינותי. O. κυριε (Vatic. rectius κυριος. Sic et Arabs: Sed Cod. Veron. *Quirie o deos mu.*) ο θεος

δυναμις μου, (al. *ο θεος μου*, *δυναμις μου*. al. *ο θεος*, *ισχυς μου*.) *και ταξει* (Cod. Veron. *catasthesi*) *τους ποδας μου εις συντελειαν· επι τα υψηλα επιβιβα* (al. *επιθησει*) *με, του νικησαι εν τη ωδη αυτου*. Cod. Veron. addit *amen*. Certo persuasus sum, hoc *amen* esse versionem *του* לנצח, (quod graeci mox *αει*, mox *εις τελος* reddunt,) quo h. l. alius interpres vsus sit. Legerunt בתכלית (Iob. XXVI, 10.) pro כאילות. Porro על pro ועל et במות sine suffixo. Denique לנצח בנגינותיו. Αλλος: *κυριος ο θεος μου εδωκε μοι ισχυν, και κατεστησε τους ποδας μου ασφαλεις, και επι τους τραχηλους των εχθρων μου* (sic במות, sine suffixo positum, circumscripsit) *επιβιβα με· ταχιστας κατεπαυσατο*. Verba postrema vnde sint, ne coniectando quidem adsequi possum. In *κατεπαυσατο* latere videtur lectio מניח vel הניח, pro מנצח. Sed *ταχιστας* plane obscurum. Syr. *dominus dominorum est robur meum, qui* (ו accepit pro אשר) *fecit pedes meos vt cerui, et super altitudinem meam me collocauit, vt canerem in hymno eius.* Legit לנצח בנגינותיו vt O. Sed Ionathan eodem vocabulo vsus, בתושבחתי *in hymno meo* vertit.

ADMONITORIA
HAGGAEI.

HAGGAEVS.

De templo reaedificando admonuit Iſraelitas. Nam cum Iudaei Cyri regis autoritate rediiſſent in patriam, impetraſſentque ab eo poteſtatem vrbis templique reaedificandi (Ioſ. Antiqq. XI, 1.) mox ab iſto opere deſtiterunt, partim ob ſumtuum magnitudinem, partim ob ſatraparum finitimorum, quibus Judaeos afficiebant, iniurias. (Ioſ. A. III, 2. XI, 2.) Sed cum Darius Hyſtaſpis regnare apud Perſas coepiſſet, iuſſit Deus Haggaeum cohortari et admonere ſuos, vt opus inchoatum perficerent. Atque haec eſt ſumma libri, qui quatuor mandata dei, noſtro ad Iſraelitas data, continet.

MANDATVM PRIMVM.

I, 1. בשנת וגו׳) i. e. בשנת השנית *anno ſecundo* — ביום אחד, *die vna.* O. μια του μηνος i. e. πρωτη Gen. I, 5. Sic μια σαββατων pro πρωτη σαββατων. Matth. XXVIII, 1. Marc. XVI, 2. coll. v. 9. Theophylactus, παρα γαρ Εβραιοις το, μιαν, ταυτον σημαινει το, πρωτην. — ביד חגי, Σ. δι Αγγαιου. In margine Cod. Barberin. nomen Αγγαιος explicatur, εορτη η εορται, quaſi ſit a חגג.

אל—זרבבל) Syrvs, ܠܘܬ *in cauſa* i. e. mandatum dei *ad* Serubabelem pertinens. O. εγενετο λογος κυριου εν χειρι Αγγαιου του προφητου, λεγων· ειπον δη προς Ζοροβαβελ κ. λ. Vatic. et Ar. ſine δη. Sed verba λεγων. ειπον videntur huc veniſſe e cap. II, 1.

פחת יהודה) פחה notat *principem*, *praefectum*. A. Σ. Θ. ηγουμενον Ιουδα. O. variant, Malach. I, 8.

vertunt ηγουμενον. 2 Chron. IX, 14. σατραπην. Nehem. II, 7. επαρχον. Iosephus, ηγεμονα. Ion. רבה רבית יהודה O. h. l. εκ φυλης Ιουδα. Puto haec verba huc translata e Iosepho, quae quis scripserit in margine ad verba ηγουμενον Ιουδα. Verba Iosephi haec sunt: ηγεμων — πληθους ην ο Σαλαθιηλου παις Ζοροβαβελος — γεγωνος εκ της Ιουδα φυλης.

הכהן הגדול) est pontifex seu sacerdos *maximus*. Ab Alexandrinis vocatur ο ιερευς ο μεγας, pro μεγιστος seu πρωτος. Iosephus, αρχιερευς. Hinc et in N. T. v. c. Hebr. X, 21. Christus ιερευς μεγας vocatur i. e. αρχιερευς.

v. 2. העם הזה וגו׳) Intellige Iudaeos — pro בא malim legere בָּא. O. ουχ ηκει ο καιρος — Sic. Cod. Barb. et ed. Ald. Compl. aliae. Et certe lectio Vatic. ηκεν debetur librariis, qui ignorarint, verbo ηκειν Graecos vti vt praeterito. Vid. Schol. Eurip. ad Hecub. 1. Similis confusio est Marc. VIII, 3. vbi pro ηκουσι, quae vera lectio putari debet, in Codd. nonnullis legitur ηκασι. Hesychius, ηκει, ηλθεν. — Repetitio του עת non caret gratia. Sed veteres non videntur eam percepisse adeoque permutarunt cum את nota accusatiui. O. τον οικον. Sensus: tempus opportunum iam non est etc.

v. 3. לאמר) *me vos alloqui iussit* hoc modo. Sunt verba prophetae ad populum.

v. 4. העת לכם וגו׳) ה interrogatiuum ita h. l. capiendum, vt particula ειτα in interrogationibus: *sicsine*, *ergone?* cum indignatione quadam. — אתם non est Vocatiuus, vt Drusius putat. Sed Hebraei et magis etiam Syri solent repetere pronomina personalia, eaque ponere in Nominatiuo etsi alius casus praecesserit, vt iam Glassius docuit et Lud. Deus ad h. l.

בבתיכם ספונים) sunt *domus laqueatae*, h. e. quibus sunt tecta laqueata, vel in quibus sunt conclauia,

quorum tecta sunt tabulata. Nam Ar. سقن notat *dolare, tabulare.* Et Aquila vertit ωϱοφωμενοις. Est autem ωϱοφουν *laqueare.* Nam Gloss. vett. οϱοφην et οϱοφημα explicant per *laquearium.* Vnde h. l. VVLG. *in domibus laqueatis.* Propterea puto ספן proprie esse *consternere, tabulare.* Hanc coniecturam iuuat nomen ספינה quo signatur (ap. Chaldaeos et Arabes) *nauis tecta* siue *constrata.* Vtebantur autem diuites tabulis cedrinis. Hinc ION. *Siccine vos decet, vt habitetis in domibus, quae tectae sunt tabulatis cedrinis?* Et quia tecta laqueata sunt fere *concamerata,* O. verterunt: εν οικοις (Vatic. addit υμων — NB. non item ARABS.) κοιλοςαθμοις. Iam censeo legendum esse בבתים. Certe vnus SYRVS suffixum tuetur.

v. 5. ועתה וגו׳) שׂוּם לבבך seq. על est *animum aduertere* et דרכים sunt *instituta — das Betragen eines Menschen.* Sensus: *Bedenkt was ihr thut.*

v. 6. זרעתם הרבה) *facitis sementes magnas.* Enumerantur mala, quibus Judaei a deo tum premebantur, eo consilio, vt cogitarent, causam eorum nullam aliam esse quam neglectam templi reaedificationem.

והבא מעט) Infinitiui ponuntur loco Praeteritorum, quibus h. l. vsi omnes interpretes veteres. O. διοτι ταδε λεγει κυϱιος παντοκϱατωϱ (haec verba nec Vatic. habet nec ARABS et videntur tralatitia esse.) εσπειϱατε πολλα, και εισενεγκατε ολιγα. Nempe הבא est *condere horreis, einbringen, einscheuern.* Nam בא et הבא saepissime absolute ponuntur et supplendum h. l. באוצרות vel הבית vt v. 9.

אכול ואין לשבעה) editis et famem sedare non potestis. cf. Hos. IV, 10. O. εφαγετε, και ουκ εις πλησμονην.

לשכרה) שכרה vbi quis tantum bibit, vt sitim extinguat et hilaris fiat. Ita שכר dicitur Gen. XLIII, 34. et verbum μεθυσκεσθαι Ioh. II, 10. pro πιειν εις

μεθην quod h. l. habent O. — Sic *μεθυειν* Graeci de quauis repletione ad saturitatem dicunt, vnde in Dioscuris Theocritus

εςη δε πληγαις μεθυων —

Nonius quoque Marcellus *ebrios* dici posse qualibet re expletos, confirmat autoritate Varronis, qui in Eumenidibus scripserit,

Scholasticus aures scholastica dape ebrias,

pro, *ad saturitatem refectas.* Ergo h. l. i. q. supra *εις πλησμονην.*

לְחֹם) neque vestes defendunt frigus a corpore. Illud לו distributiue ponitur ac si praecesserit. Neque vlli vestrum arcebunt frigus a corpore vestimenta. Interpretes veteres non expresserunt. O. *περιεβαλεσθε, και ουκ εθερμανθητε εν αυτοις.* Non male. Referendum *αυτοις* ad *περιβολαια*, quod latet in verbo *περιβαλλεσθαι.* Dicerem eos legisse לה in genere neutro — *damit.*

והמשתכר) השתכר est *nummos colligere* — pr. *opere faciundo.* O. *και ο τους μισθους συναγων*, vbi *μισθοι* sunt *nummi.*

משתכר אל — צרור נקום) is colligit in *crumenam pertusam;* et, colligere in crumenam pertusam, est, statim perdere et amittere. O. *συνηγαγεν εις δεσμον τετρυπημενον.* Al. *εις αποδεσμον.* Genes. XLII. צרור הכסף, *ενδεσμος αργυριου, sacculus pecuniae.* Appellatio a *ligando.*

v. 7. כה וגו') "Noch einmal! bedenkt was ihr thut.„ O. supra *ταξατε*, hic magis graece *θεσθε.*

v. 8. ההר) Ion. *conscendite montes.* Capiendum est collectiue. Nam de Libano aliisque montibus petenda erant ligna, vnde templum exstrueretur.

והבאתם) *asportate ligna* in montem Moriam; vbi הבית i. e. templum erat reaedificandum. O. *αναβη-*

τε επι (Vatic. et A R. εις) το ορος, και κοψατε ξυλα: In aliis libris v. c. in Cod. Barb. habetur κοψατε ξυλα και οισατε — Forſan lectio genuina eſt οισατε ξυλα και οικοδομησατε, adeo vt κοψατε ſit alius interpretis, liberiori vertendi genere vtentis.

ואֶרְצֶה־בּוֹ) *nam* delectabor tali aedificio. Sequens vox, הכבד eſt vel, *oſtendere potentiam vel liberalitatem* — nam eo fit vt Deus ab hominibus colatur et honoretur: — vel, *coli*. Vtraque notio etiam verbo ενδοξασθηναι ſubeſt v. c. 2 Theſſal. I, 10. 12. Caeterum Maſorethae notarunt lectionem אכבדה. Puto legendum eſſe: אכבד בו, adeo vt בו eleganter repetatur. S Y R V S: delectabor *ea* et colar in *ea* — nempe domo.

v. 9. פנה) infelix enim rerum veſtrarum ſucceſſus vnde venit? nulla alia cauſa eius eſt, quam neglectus templi. Sic cohaeret comma. Interrogatio יען מה inchoat ſenſum. Eſt autem פנה c. אל, *praeſtolari*, *expectare*, *intentum eſſe*. Et הרבה reſpicit meſſem et opes in vniuerſum omnes. "Speratis meſſes rupturas horrea." O. επιβλεψατε εις πολλα.

והנה למעט) Puto lectionem olim variaſſe, ſic vt alii libri habuerint והיה pro והנה. Certe S Y R V S, I O N. et O. legerunt והיה — και εγενοντο ολιγα. V V L G. vtramque lectionem expreſſit: *et ecce factum eſt minus*: niſi diceres, *ecce* recentius interpolatum eſſe. Senſus: "verum meſſis erit mediocris."

ונפחתי) נפח eſt *afflare* ſeq. ב *flare* in aliquid h. e. *difflare* h. l. *perdere*, *diſſipare*, vt eo vti non poſſis. O. και εισενεχθη εις τον οικον (al. εισενεγκατε. Sic et H I E R O N. *intuliſtis*.) και εξεφυσασα αυτα. Sic et A R A B S. Al. αυτο. Illud בו pertinet ad למעט. Heſychius: εξεφυσασα, διεσκορπησα. I O N. *immittam maledictionem*.

יען מה) Syrus ויען מה. O. *δια τουτο*. Deberet esse *δια τι*.

אשר הוא) quae *est* desolata — inaedificata.

ואתם רצים) *et vos tamen* — summo studio aedificatis et ornatis domos vestras. O. *υμεις δε διωκετε εκαςος εις τον οικον αυτου*, vbi *διωκειν* reciproce positum est pro *currere*, vt alibi iam notauimus.

v. 10. כלאו) כלא est pr. *coercere*, *cohibere*, sed h. l. reciproco sensu accipiendum esse docet particula מ. Coelum se abstinebit a rore i. e. non decidet ros, quo humescant agri. Sic O. *δια τουτο ανεξει ο ουρανος απο δροσου*. Rectius omisissent *απο*. Barberinus: *οι λοιποι, εφ υμας ξηρασια*. Videtur *ξηρασια* alieno loco positum esse. Nam *εφ υμας* pertinet ad עליכם sed *ξηρασια* ad חרב versus sequentis.

יבול (יבולה) notat omnis generis fructus, quos terra edit. O. *και η γη υποςελειται* (al. vitiose *υποτελειται*) *τα εκφορια αυτης*. Compl. add. *και οσα εκφερει η γη*. Est Glossema tralatum e commate sequenti. Al. *υποςελειται* (sic legendum vbiuis) *δουναι τα εκφορια*. Arridet mihi haec lectio. Sic *υποςελλεσθαι* esset *recusare*. Hesych. *εκφορια, καρπους*. Syrus: *vestri causa abstinuerunt se coeli a rore et terra cohibuit fructus suos*.

v. 11. ואקרא חרב וגו') premam campos siccitate. Nam ארץ sunt campi, quia opponuntur *τοις* הרים. In הדגן cogita *aristas* quae fiant exsuccae et inanes. Et יגיע כפים sunt viridaria, arbores, horti magno labore culti et instructi, adeo vt verba postrema de arte factis agant, vti in prioribus a natura facta enumerabantur. O. *και επαξω ρομφαιαν επι την γην — — και επι παντας τους πονους των χειρων αυτων*. Legerunt חֶרֶב pro חֹרֶב et כפיהם pro כפים. Hasque lectiones etiam Syrus tuetur. Arabs legit *και παντα οσα εκ*-

φερει. Prodit lectio ועל כל אשר quam et SYRVS et ION. habuere.

v. 12. וישמע) Obtemperarunt itaque Serubabel — et reliqui Israelitae — iussis diuinis.

ועל — דברי וגו׳) non memini me legere שמע cum על. Itaque על mallem *propter* reddere et ו *nempe*. Obtemperarunt voluntati diuinae quia ea per Haggaeum legatum vere diuinum ipsis innotuerat. Iam כאשר *quippe quem* vertendum est.

וייראו וגו׳) et creuit iam inter eos reuerentia in Deum. O. και ηκουσε Ζοροβαβελ ο του Σαλαθιηλ ο εκ Φυλης Ιουδα, και Ιησους ο του Ιωσεδεκ ο ιερευς ο μεγας, και παντες οι καταλοιποι (ad litteram esset καταλειμμα quo alias vtuntur Alexandrini et quod ante oculos videtur habuisse ARABS) του λαου της Φωνης κυριου του θεου αυτων, και των λογων (sic reliqui etiam interpretes neglexerunt τό על) Αγγαιου του προφητου, καθοτι εξαπεστειλεν (al. καθοτι ει απεστειλεν) αυτον κυριος ο θεος αυτων προς αυτους, και εφοβηθη ο λαος (al. εφοβηθησαν ο λαος) απο προσωπου κυριου. Verba ο εκ Φυλης Ιουδα glossema esse videntur, vt supra monui, aliunde translatum. Sed post שלחו יהוה אלהיהם legerunt אליהם *ad eos*. Et hanc lectionem habent etiam VVLG. et SYRVS.

v. 13. ויאמר וגו׳) Commata XIII et XIV vnam periodum constituunt. "*Nempe cum* (sic ו in ויאמר intelligendum. Exponitur enim copiosius qui factum fuerit, vt statim obtemperassent dictis prophetae.) *Haggaeus ipsos certiores fecisset de auxilio, quod iis Ioua praestiturus erat in negotio sacro, excitauit* (ויער וגו׳) *Ioua spiritum* i. e. *mouit animos Deus, vt opus statim aggrederentur*.„ Siue: "promissum Haggaei de ope diuina mouit animos Judaeorum, vt etc.„ — מלאך est αγγελος i. e. αποστολος, *legatus, minister diuinus*. Et sic sexcenties, homines vel adeo res inanimatae, in scri-

ptura ſacra dicuntur αγγελα. Sic et מלאכות eſt αποϛολη, quo vocabulo h. l. incerti nominis interpres vſus eſt. Caeterum במלאכות יהוה verte: *nomine* ſ. *verbis Iouae.* O. και ειπεν Αγγαιος αγγελος κυριου τω λαω. (Sic Arabs. Sed Vatic. και ειπεν Αγγαιος αγγελος κυριου εν αγγελοις κυριου τω λαω.) εγω ειμι μεϑ υμων, λεγει κυριος. Hinc Vvlg. *et dixit Haggaeus nuncius domini, de nunciis domini, populo* etc. Suſpicor olim lectionem variaſſe ſic, vt alii libri haberent ויאמר חגי מלאך יהוה, (et hanc genuini libri verſionis Alexandrinae tuentur) alii vero במלאכות יהוה ויאמר חגי. Mox vtraque lectio in textu coaluit. Vtramque exhibent Syrvs et Ionathan. Et mox etiam alii librarii vitioſe ſcripſerunt במלאכת vel במלאכים. Et hinc illud εν αγγελοις, quod recentius interpolatum videtur in libris quibusdam graecis.

v. 14. ויער וגו׳) העיר eſt pr. *excitare* e ſomno h. l. *impellere, mouere.* Et רוח eſt *impetus voluntatis.* Senſus "das erwekte den Enthuſiasmus der Leute, daſz ſie augenbliklich etc.„ — עשות מלאכה *aggredi opus* — *materiem* et quaecunque ſunt neceſſaria ad opus faciundum *comparare et conferre.* O. iterum: του Σαλαϑιηλ εκ φυλης Ιουδα.

MANDATVM SECVNDVM.

II, I. בשביעי וגו׳) Syrvs, ובשביעי. Caeterum veteres comma decimum quintum capitis ſuperioris iungunt initio capitis huius. Male. Series orationis repugnat. — Iam poſt שביעי ſubaudi חדש vt ſupra poſt ששי et ante עשרים ſubaudi יום. O. τω εβδομω μηνι, μια και εικαδι του μηνος ελαλησε κυριος εν χειρι — Sic et Syrvs et Vvlg.

v. 2. פחת יהודה) O. et h. l. εκ φυλης Ιουδα.

v. 3. מי בכם) O. τις εξ υμων — pro τις υμων. Ioh, VIII, 41. Senſus: Si quis eſt veſtrum, qui ſe vi-

disse templum primum meminerit, is profecto hoc secundum longe inferius et vilius esse judicabit. Verum fallitur opinione sua etc. כבוד vt δοξα notat ornatum et splendorem — pertinetque ad vestes, vasa, picturas etc. vt Matth. VI, 29. Luc. XII, 27. — הנשאר pertinet ad eos, qui stante templo primo vixerant et etiamnum viuebant. Ab euerso isto templo vsque ad annum secundum Darii effluxerant anni fere septuaginta. — ומה־אתם, et qualem nunc videtis — iactis eius sub Cyro fundamentis? — כאין, *vt res fere nihili*. O. τις εξ υμων, ος ειδεν (Vatic. et Ar. ειδε. Rectius.) τον οικον τουτον εν τη δοξη αυτου τη εμπροσθεν; και πως υμεις βλεπετε αυτον νυν καθως ουχ υπαρχοντα ενωπιον υμων; Deberet esse: — νυν; ουχι καθως κ. τ. λ. Et forte sic rescribendum. Nam facile excidere poterat ουχε ob sequens ουχι. Certe Vulg. numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris. Ald. vitiose: καθως υπαρχετε.

v. 4. ועתה וגו׳) ו *verum* age bono sis animo! Ego vobis adero efficiamque vt nouum templum assecuturum sit veteris splendorem. O. και νυν κατισχυε — vbi κατισχυειν sensu reciproco capiendum.

ועשו) עשות absolute positum est *opus facere, laborare*, 2 Regg. XII, 11. Sic de iis dicitur Ruth. II, 19. qui in agris opus faciunt. Hinc eodem modo ποιειν in N. T. v. c. Matth. XX, 12. de iis, qui in vineis opus faciunt, vbi Hammondus inepte legi vult επονησαν pro εποιησαν. O. και ποιειτε· διοτι μεθ υμων ειμι — Discat iterum Götzius Hamburgensis, μετα τινος ειναι, notare, *opem ferre, adesse, prosperum successum largiri*.

v. 5. את־הדבר וגו׳) Casum quartum censeo positum esse pro primo, vt apud Graecos constat, nomina ante pronomen ὅς eius casum solere sequi. Vid. Act. X, 36. et Bezam ad istum locum. Nam iungen-

dum est רוחי דבר vt verbis עמדת בתוככם. Sensus: promissiones meae, quas sancte pollicitus sum vobis, cum vos ex Aegypto educerem, vos etiamnum manent —— nempe me fore Deum vestrum. Haec vero verba in Cod. Alex. non habentur, nec in Vatic. nec in Arabe. Leguntur autem in ed. Ald. sic: τον λογον ον διεθεμην υμιν εν τω εξελθειν υμας απο Αιγυπτου. Complut. το ρημα ο διεθηκα προς υμας εν τω εξελθειν υμας εκ γης Αιγυπτου, pro quo in Cod. Barb. sic legitur: και ο λογος μου ον διεθεμην υμιν εξελθοντων υμων εκ γης Αιγυπτου. Et haec postrema lectio iuuat nostram interpretationem. Vides autem כרת et διατιθεσθαι non modo de *foederibus*, sed et de *quibusuis sanctionibus* dici. Caeterum Vulg. Ion. et Syrus vt nos: *verbum quod* —— *et spiritus* —— *erit inter vos.* Intelligendus autem est spiritus, de *afflatu diuino.* Iam עמד est *permanere.* Ergo sensus: erunt nunc inter vos, vt olim fuerant, *prophetae.* Sic Ionathan. —— To אל —— תיראו O. eleganter, θαρσειτε. Ioh. XII, 15.

v. 6. עוד אחת מעט היא) Lectio olim videtur variasse. Alii habuerunt עוד מעט היא alii עוד אחת היא. O. ετι απαξ εγω σεισω. Syr. *adhuc vna vice commouebo.* Ion. עוד חרא זעירא היא. Vulg. *adhuc vnum modicum est.* Pavlvs Hebr. XII, 26. ετι απαξ —— Sensus nostrae lectionis est. *Semel adhuc* commouebo —— idque *breui futurum est.*

מרעיש וגו׳) Disceptant interpretes de sensu huius dicti. Mihi videtur *noua creatio* describi, nempe *reformatio*, quam Messias inchoabat doctrina sua et euersione Iudaeae perficiebat. Non itaque anxie quaerendum quo *coelum* quo *terra* pertineant. Hebraei enim coelum et terram, maria et terram continentem dicunt, vbi *vniuersalitatem* exprimere instituerunt. Sensus igitur est: ego hoc vniuersum conquassabo: (*die ganze*

Schöpfung zusammenwerfen und aus dem alten Chaos eine neue Welt bilden) ego *omnia* permutabo, vt vtrimque *noua rerum facies* adpareat. Iam cadit obiectio cel. Michaelis, qui cultus Leuitici abrogationem huc non quadrare existimabat. Nam nec de sola hac abrogatione sermo est, sed vniuersa illa reuolutione per Messiam filium Dei perficienda. Nec de singulis partibus huius negotii affirmatur, quod augere debeant splendorem noui templi sed de *persona* Messiae. — Caeterum verba ואת — חים וגו׳ interpretantur *το* הארץ. Nam חרבה est *terra continens*, in O. et N. T. *ξηρα*, vt Matth. XXIII, 15. *θαλασσαν και ξηραν*. Homerus opponit *αλα* item *πελαγος*, et *ηπειρον* inter se, vt Od. *α*, 162. et *γ*. 89. O. *σεισω* (al. *σειω*) *τον ουρανον και την γην και την ξηραν*. Sed Vatic. et AR. inserunt *την θαλασσαν*.

v. 7. ובאו חמדת) Explicat haec cel. Mich. de donariis gentilium templo Hierosolymitano illatis (sunt verba doct. Dathii) quod etiam ab aliis factum est, cum Iudaeis, tum Christianis. At enim vero tantum abest, vt per rationes grammaticas probari non posse putem vulgarem illam de *Messia*, in hoc templo apparituro sententiam, vt potius ita statuam de ea quam Vir cel. defendit. Etenim quam mouet difficultatem contra numerum pluralem verbi באו cui non conueniat nomen singularis numeri חמדת haec quidem facile remouetur, si in memoriam reuocemus grammaticorum obseruationem, quod in regimine duorum substantiuorum verbum in numero nonnunquam posteriori respondeat, non priori v. c. 2 Sam. X, 9. Iob. XV, 20. Hactenus Dathius. Nec tamen puto spernendum esse testimonium Hieronymi, qui sine dubio בא in singulari legit. Vnde VVLG. *veniet desiderium gentium* i. e. desideratissimus ille, cuius (non quidem distinctam *personam*, attamen) *doctrinae lucem*, qua dispellendae erant cognitionis humanae tenebrae, reliquamque cum hac luce

coniunctam *salutem* humano generi afferendam, auide cupiebant omnes. "Et haud scio, pergit cel. Dathius, an vir. cel. aeque facile probare possit verbum באו venient, idem esse quod *afferentur*. —— Atque miror v. cel. hoc non vidisse, cum *gentium commotionem* —— explicasset de conuersione gentilium ad religionem Judaicam, quae cum notitia Messiae Judaeis expectandi non poterat non esse coniuncta.„ Et recte monet idem, nostrae interpretationi mirifice fauere verba: ובמקום הזה אתן שלום. Nam haec nullo modo aptari possunt temporibus ante Messiam, siue שלום de *pace*, siue de *beatitate* in vniuersum explices. O. חמדת collectiue acceperunt: *και ηξει τα εκλεκτα παντων των εθνων.* Syrus vero et Ion. aut והבאו legerunt aut certe ובאו sic acceperunt, ac si ה *του* Hiphil eiectum esset. Vertunt enim, *adducent desiderium omnium gentium.*

v. 8. לי הכסף וגו) h. e. *non opus est* vt ornetis hoc templum argento et auro. Ornamentum noui templi supra commemoratum sufficit ad augendum eius splendorem. Nam vbi Deus aliquid *suum* esse dicit, se eo *indigere* negat: vid. v. c. Ps. L, 10. seqq. Hoc si vidisset cel. Michaelis, in his verbis argumentum suae sententiae non quaesiuisset. O. *εμον το αργυριον, και εμον το χρυσιον.*

v. 9. גדול) seq. מ *maior* —— erit splendor. Et אחרון vt et הראשון refer ad בית non ad כבוד.

אתן שלום) שלום est, status animi, quo quis se habere putat quae optabat. Hinc mox de tranquillitate animi, mox de ipsis bonis dicitur, quorum possessione beati sumus. Sensus: in hoc loco spargam tantam bonorum copiam, quanta ad explenda vota vestra sufficient. Sed Alexandrini h. l. cum inter se, tum ab Hebraeo textu dissentiunt. Cod. Alex. *διοτι μεγαλη εσαι η δοξα του οικου τουτου η εσχατη υπερ την*

πρωτην, λεγει κυριος παντοκρατωρ, και ειρηνην ψυχης εις περιποιησιν παντι τω κτιζοντι, του αναστησαι τον ναον (al. vitiose λαον) τουτον. Sed Vatic. διοτι — υπερ την πρωτην, λεγει κυριος παντοκρατωρ, και εν τω τοπω τουτω δωσω ειρηνην, λεγει κυριος παντοκρατωρ, και ειρηνην ψυχης εις — του αναστησαι τον ναον τουτον. Arabs vt Vatic. nisi quod αναστησαι legerit. Solus cod. Compl. verba και ειρηνην ψυχης κ. τ. λ. non habet. Iam ipsa partim haecce varietas, quae recentiores correctiones prodit, partim Arab. vers. autoritas, partim nouae sententiae concinnitas eiusque cum dicendi genere prophetarum conuenientia, nec non expectatissima, quae ei inest, ante dictorum ad scopum dicentis applicatio, me mouet, vt ipsam illam nouam sententiam genuinam esse censeam — quanquam Hieronymus totum hoc membrum superfluum minimeque cohaerens esse pronunciet. Nam ipse tamen illud legit in versione Alexandrina. Et iudicii sui nullam idoneam causam habuisse videtur, quam quod verba ista non intelligeret. Vertit enim: *et pacem animae in acquisitionem omni qui creatur* (legit vitiose κτισθεντι pro κτιζοντι) *vt suscitet templum istud.* Sed ειρηνη εις περιποιησιν ψυχης est *otium animi proprium*, et κτιζειν est *opus facere*, denique αναστησαι *reaedificare.* Iam lectionis sic restitutae et auctae

אתן שלום נאם יהוה צבאות
ושלום נפש סגלה לכל
עשה להקים הבית הזה

sensus egregius hic est: tum hoc in loco vos cumulabo summa felicitate, ait Ioua dominus vniuersi; immo iam omnes, qui opus faciunt in reaedificando hocce templo, ita augebo bonis et ornabo, vt animi perpetua et propria tranquillitate fruantur. Nempe post ושלום repetendum אתן *dabo*, e membro praecedenti. — Et iam meminisse iuuabit carminis egregii, quod extat in

Virgilii Ecloga IV, quodque viuis fere coloribus depingit florentiſſima tempora (שלום) qualia erant tempora Meſſiae, quaeque a noſtro praenunciantur.

Vltima Cumaei venit iam temporis aetas:
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Iam redit et virgo, redeunt Saturnia regna;
Iam noua progenies coelo demittitur alto.
Tu modo naſcenti *puero*, quo ferrea primum
Deſinet, et toto ſurget gens aurea mundo
Caſta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.
Ille Deum vitam accipiet, Diuisque videbit
Permiſtos Heroas, et ipſe videbitur illis:
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

MANDATVM TERTIVM.

v. 10. לתשיעי) Supplent et h. l. חדש *menſis*, O. Ion. Vvlg. Syrvs.

ביד חגי) O. *προς Αγγαιον*. Leg. אל חגי. Sic et Vvlg. Sic et Cod. poſterior Lilienthalii nec non ed. Gerſon. et Lutherus.

v. 11. כהנים) propone ſacerdotibus quaeſtionem legis. Nam ſacerdotum erat reſpondere de lege. Leu. X. 10. Ezech. XLIV, 23. Malach. II, 7. O. *επερωτησον τους ιερεις νομον*. Vatic. *επερωτησον δη*, quod et Arabs per فَقَطْ expreſſit. Sed poſterior *νομον* omiſit.

v. 12. הן ישא איש) שאת h. l. *geſtare* — בשר־קדש ſunt *carnes victimarum*: hae enim ſunt ſacrae atque adeo mundae et purae — כנף בגד eſt pr.

ora vestis, vestis extrema, *ακρον του ιματιου*, sed h. l. significat alteram vestis partem, inde ab eo loco, vbi cingitur vestis, pertinentem ad eius ora. — נזיר est omnis generis *pulticula*, vt נזיר ערשים pulticula confecta lentibus, Gen. XXV, 29. Alexandrini vocant *εψημα*, VVLG. *pulmentum*. — Per מאכל intellige *cibum et potum*. O. *εαν λαβη ανθρωπος* (i. e. *τις*) *κρεας αγιον — και αψηται το ακρον του ιματιου αυτου αρτου, η εψηματος — ει αγιασθησεται; κ. λ.* Pro ונגע בכנפו legerunt ונגע בכנף בגדו. ION. pro היקדש legit היטמא, vertit enim, היסתאב, *num contaminabitur?* Et hanc puto genuinam esse lectionem, quae in recentioribus libris periit, quia olim imperitus aliquis, sensum dictorum non capiens, היטמא in היקדש mutauerat, ex erronea persuasione, contextum flagitare oppositionem. Sed hoc non est. Nam oratio sic procedit. *Quaestio* prima haec est: v. 12. *num, si mundus* (nam mundum intelligi docet v. 13. vbi immundus in altera quaestione supponitur) *tetigerit cibos sacros, immundae fiunt res sacrae ipso tactu?* Non! *Quaestio* secunda: v. 13. *num si immundus tetigerit eas, immundae fiunt?* Profecto! — Iam fiat applicatio. *Hactenus vos, ob neglectam templi reaedificationem, vere immundi fuistis, certe Deus vos vt tales habuit.* (לפני v. 14.) *Hinc factum est* v. 14. *vt quicquid tangeretis immundum redderetur* i. e. *vt vos et res vestrae omnes Deo displicerent. Et hinc mala ista omnia, quod probe debetis attendere* v. 15. *quae hactenus vos pressere* v. 16. 17. *Contra, ex quo templum reaedificare coepistis, mundi fuistis, certe Deus vos vt tales habuit. Hinc nihil eorum quae tetigistis (rogo vt probe attendatis* v. 18.) *immundum factum est. Sed vos et res vestrae omnes Deo placuerunt. Hinc bona* v. 19. *quibus Deus vos cumulavit, ex quo templo reaedificando operam dedistis.* — Vides genus disputandi quo Christus aliquoties in N. T. vsus est. — Iam sine omni haesitatione rescribo

הִיטַמֵא, quod orationis contextus flagitat, quodque antiquissima autoritate munitum est.

v. 13. טמא־נפש) *immundus cadaueris* i. e. qui tactu cadaueris sibi impuritatem ecclesiasticam contraxerit. Nam נפש nonnunquam de *cadauere* dici, docuerunt Drusius obs. 2, 7. et Gatakerus de stylo N. T. p. 66. O. *εαν αψηται μεμιαμμενος η ακαθαρτος* (sic Arabs) *ψυχη απο παντος* (Compl. *παντων*.) *τουτων, ει μιανθησεται;* Vatic. *εαν αψηται μεμιασμενος ακαθαρτος επι ψυχη' επι παντος τουτων, ει μιανθησεται;* Neutra lectio sana est. Alius interpres, quem puto esse Aquilam, verterat *μεμιασμενος* et haec lectio e margine in textum irrepsit, sic vt fieret *μεμιασμενος ακαθαρτος*. Ex hoc alii fecerunt *μεμιαμμενος ακαθαρτος*. Mox alius *η* interposuit, vt sensus concinnior esset. In ed. Ald. et Compl. *ακαθαρτος* deest. Porro. Verba טמא—נפש verterant *ακαθαρτος επι ψυχη* (unrein *an* einem Aas) — et postea cum alius in describendo codice *επι* omisisset illudque in margine notasset, accidit, vt alii libri illud *επι* plane non haberent (vt Cod. Alex.) alii post *ψυχη* legerent, alii bis ponerent *επι ψυχη επι παντος* (vt Vatic.) alii in *απο* mutarent — vt Ald. et Compl. — Itaque genuina lectio haec est: *εαν αψηται ακαθαρτος επι ψυχη παντος τουτων, ει μιανθησεται;* Nam praepositionem ante *παντος* esse delendam, vel comma praecedens docet, vbi *αψηται* cum genitiuo construitur. Arabs non minus corruptam lectionem habuit. Vertit: *si tetigerit anima immunda aut impurā quicquam ex omnibus his*. Legit: *εαν αψηται μεμιασμενος η ακαθαρτος ψυχη παντων τουτων*. Syrus male: *si tetigerit quis cuius anima immunda est.* Vulg. *si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his.*

v. 14. הגוי) puto hoc addi contemtim. Syrus legit יען sine ו et pro הגוי habuit הדור *generatio*. כן

vtrumque iunge cum טמא הוא *immundus eſt.* Pro מעשה Ion. et Syrvs et O. leg. מעשי in plurali.

(יקריבו, שם) הקריב dicitur de quocunque ſacrificio quod ad altare fertur. Hinc שם capiendum eſt de altari quod Iſraelitae ſtatim poſt reditum e captiuitate exſtruxerant. O. acceperunt de Iſraelitis ipſis: *και ος εαν εγγιση εκει.* — Et in fine verſus addunt, poſt *μιανθησεται· ενεκεν των λημματων αυτων των ορθρινων. οδυνηθησονται* (al. *οδυνησονται*) *απο προσωπου πονων* (al. *ποτων*, quod mendum eſt, Ald. et Compl. *πονηριων*, quod Gloſſema eſt.) *αυτων, και εμισειτε εν πυλαις ελεγχοντας.* Vatic. *ελεγχοντα.* Al. *τους εν θυραις ελεγχοντας.* Arabs etiam habet hocce additamentum, et quidem ſecundum lectionem codicis Alexandrini. Verba hebraica quae ante oculos habuerunt haec fere fuiſſe ſuſpicor:

על דבר משא משכים
דוי לפני מעשה לכם
ותמאסו את המוכיח בשער.

Exponuntur cauſae, cur fuerint impuri in oculis Dei. "*Propter iudicium matutinum* i. e. iudiciorum veſtrorum (quae *mane* habebantur apud Judaeos) turpem rationem, qua factum eſt, vt innocui opprimerentur etc. et propter *languorem a facie operis vobis* demandati, i. e. quia ſemper fugiebatis labores et moleſtias cum reaedificatione templi coniunctas, (nam ante לכם ſuppl. אשר) *et quia ſpreuiſtis reprehendentem in porta.*" Repetendum eſt ad ſingula membra על דבר, *propter, propterea quod.* Et, *reprehendentes in porta* (Eſ. XXIX, 21.) ſunt, prophetae qui publice monebant populum de reaedificando templo, eiusque ſegnitiem reprehendebant. Haec certe verba hebraica ſolent Alexandrini verbis ſupra poſitis exprimere. De משא *ſententia iudicis* ſupra dictum eſt. Alex. id ſaepius *λημμα* reddunt. Acceperunt id h. l. collectiue. *Αυτων* puto gloſſe-

ma esse. Melius fuisset υμων, quia sequitur εμισειτε. Sed auctor eius respexit sequens αυτων post πονων quod ipsum vitiosum esse videtur. Forte legerunt מעשיהם pro מעשה לכם. Illud דוי languorem, legerunt דוו ac si esset tertia pluralis. Inde οδυνησονται. To מאם saepius μισειν reddunt.

v. 15. ועתה שימו וגו׳) Recordamini quae vobis acciderunt temporibus superioribus. Pro מעלה mallem למעלה. Syrus legit עתה sine ו. O. και νυν θεσθε δη επι τας καρδιας υμων. Vatic. εις τας κ. υ. Sic Arabs sed sine δη. Complutensis, nec επι nec εις habet. Et Drusius putat eam lectionem esse praeferendam, quia subauditur — *ad vias vestras*.

מטרם וגו׳) *ab antequam* i. e. inde ab eo tempore quo, fundamentis Cyri seculo iactis, nondum inaedificatum fuerat. Pertinet מ vt illud מן ante היום ad שימו וגו׳. — Verba שום אבן על אבן valent *aedificare, inaedificare*. O. του θειναι (Vatic. et Ar. rectius προ του θειναι) λιθον επι λιθον (Ar. επι λιθον non habuisse videtur) εν τω ναω κυριου.

v. 16. מהיותם וגו׳) מ iterum considerandum vt מן ante יום et sic suffixum pertineret ad ימים quod latet in verbis מן היום, quoad sensum. Ion. Syr. Vulg. simpliciter verterunt: *cum*, vel *quando* ingrediebamini etc. ac si esset בהיות בא, vel adeo בְּבֹא. Sed O. τινες ητε. Legerunt מה הייתם *quid fuistis?* — בא impersonaliter capiendum, *cum veniretur* s. cum quis veniret. Sed mallem cum veteribus Infinitiuum: *cum accederetis*. Verba enim facit cum populo.

בא אל—ערמת) ערמה est *acervus*, nam Alexandrini Cant. VII, 3. id vertunt per θημονια et Symmachus per σωρος. Sed h. l. O. οτε ενεβαλλετε εις κυψελην κριθης εικοσι σατα, και εγενετο κριθης δεκα σατα. Lectio vt opinor interpolata. Nam prius κριθης in Ald. et aliis libris deest. Alterum in Ald. post σατα

ponitur. Ex tali varietate et diuerſo inprimis vocabulorum ſitu iure ſuo Critici concludunt, talia vocabula e margine in textum irrepſiſſe. Et certo perſuaſus ſum, non modo κϱιθης, ſed et σατα e margine veniſſe. ARABS aliam praeterea eiusmodi Gloſſam ſeruauit, cum verteret: *quid eratis? cum congregaretis in fiſcellam annonae frumentariae* (مِنْ أَوْعِيَةِ ٱلْحِنْطَةِ) *viginti ſata hordei, fiebant decem ſata hordei.* Iam Alexandrini legerunt בהבא *in ingredi facere* i. e. *cum immitteretis.* Et ערמה reddiderunt κυψελην. Quam autoritatem ſi ſequare, ערמה erit vas vimineum, in quo grana excuſſa reconditerint. Nam κυψελη erat, auctore Heſychio, vas vimineum figlinumue in quo frumenta recondebantur. Eodem modo deſcribit cumeras, vel cumera, Scholiaſtes Horatii Serm. I. 1. 53.

עשרים) Suba. סאה. Erat autem סאה menſura aridorum, capiens modium vnum et dimidium: h. e. ſextarios quatuor et viginti. Vid. Heſych. et Cangius in σατον.

בא אל־היקב וגו') VVLG. SYR. ION. etiam h. l. בא vt infinitiuum acceperunt et legerunt ובא *et ingredi* (veluti ובהיות בא) *et cum intraretis.* Sic et O. και εισεποϱευεσϑε, vbi poſt και, οτε repetendum eſt. — יקב eſt *lacus torcularius*, υπολῆνιον: et חשף eſt pr. *denudare* h. l. *haurire* O. εξαντλησαι. — פורה notat *prelum*, quo vina eliduntur, a פור *rumpere*, *elidere*: et h. l. puto indicari vas, quod ceperit vini tantum, quantum reddunt vuae vno eodemque tempore prelo ſubiectae et preſſae. O. μετϱητας. Et μετϱητης reſpondet hebr. בת, quod erat menſura liquidorum, capiens duos ſextarios et ſeptuaginta. Ioſeph. Antt. VIII, 2. SYRVS: *et cum accederetis ad torcular quinquaginta*, (tum) *et erant vobis viginti.* Nec לחשף habuit nec פורה. Et rationes membri praecedentis vero

ſimillimum faciunt, vtrumque Gloſſema eſſe et e margine in textum veniſſe. Nec Ion. לחשף habet et pro פורה ſcripſit *dolia vini*, vt adeo nec פורה legiſſe, ſed *dolia vini* de ſuo addidiſſe videatur. — Vide, quantam medelam textui afferant Veteres.

v. 17. אתכם וגו׳) h. e. ſegetes et vites veſtras. Explicatur hoc per verba, כל־מעשה ידיכם pro quibus O. Vvlg. Ion. leg. כל־מעשי וגו׳. Iam שדפון eſt *vredo* et ירקון *rubigo*. Vvlg. *auriginem* vocat. O. επαταξα υμας εν αφορια και εν ανεμοφθορια. Compl. male απορια. Sed hoc tamen Arabs legit, dum verteret, جدب. Druſius ſuſpicatur verba eſſe tranſpoſita. Certe το שדפון in Alex. nuſpiam per αφορια redditur ſed, aut per ανέμοφθορια, aut per πυρωσις. At vero et alibi vidimus, vocabula formarum permutata eſſe inter ſe. Eſt autem αφορια, *ſterilitas*. Heſychius interpretatur per ακαρπια. Ανεμοφθορια notat *vredinem:* cum venti calore nimio corrumpuntur ſegetes. Auctor Axiochi, II. appellat επικαυσιν. Vnde ſpicae aduſtae Euro ανεμοφθοροι vocantur Gen. XLI, 6. vbi Σ. πεφρυγμενοι ανεμου. — Mox אתכם i. q. בכם. Et ante אלי ſuba. אשר שב, tamen *non erat inter vos* qui reuerteretur *ad me*. O. και ουκ επεστρεψατε προς με. Sic Syr. et Ionathan. Legeruntne שבתם pro אתכם? — Vvlg. *et non fuit in vobis qui reuerteretur ad me.*

v. 18. ומעלה) valet h. l. de tempore futuro, vt v. 15. de praeterito. — לתשיעי iterum omnes vertunt *menſis* noni, ſupplentes חדש.

יסד) h. l. capi debet pro: *coeptum eſt inaedificari* fundamentis, quae iacta fuerant ſub Cyro. Eſr. III. 11. Syrvs — *die quo poſitum eſt fundamentum* — *vt aedificetur*, verbáque poſtrema שימו לבבכם ad comma ſequens retulit, vt et Arabs. O. ταξατε δη (Vatic.

υποταξατε δη. Alii, και νυν ταξατε δη) τας καρδιας — — του ενατου μηνος, και απο της ημερας ης εθεμελιωθη (al. τεθεμελιωται) ο ναος κυριου. θεσθε εν ταις καρδιαις υμων.

v. 19. (העוד וגו׳ מגורה sunt *granaria* vt vidimus Ioel. I, 17. Et cum interrogatio affirmatiua neget, haec verba declarant, vsque ad istum diem, quo inaedificare coeperunt fundamentis olim iactis, fuisse summam sterilitatem. "Hattet ihr wol bis dahin (עוד) einigen Vorrath auf euren Speuchern?,, i. e. non habebatis: summa penuria erat. — הגפן eum reliquis nominibus cape collectiue posita. Vnde pro συκη et ροα Compl. habet συκαι et ροαι. — עץ הזית est *olea*, ελαια, et additur עץ, quia זית etiam de *fructu* dicitur. Post נשא intellige פרי. Denique אברך redde *benedico*. Sensus: ante penuria vos premebat et ab isto die largitus sum vobis frugum omnium copiam. Sed Veteres paulo aliter. O. ει ετι (Vatic. sine ετι, quam lectionem puto sic ortam, vt quis scripserit ει ετι γνωσθησεται et mox alius ετι in continua scriptione pro επι habuerit, vnde Vatic. ει επιγνωσθησεται.) επιγνωσθησεται επι της αλω, και η αμπελος, (Vatic. και ει ετι η αμπελος) και η συκη, και η ροα, και τα ξυλα της ελαιας τα ου φεροντα καρπον; απο της ημερας ταυτης και επανω ευλογησω αυτα. Sed Vatic. και επανω et αυτα non habet. Prius Glossema redolet. Arabs. "Ponite in cordibus vestris — *quoniam* cognoscetur *adhuc ab* area: *quoniam* viti et ficui *adhuc* et — — — quae fructum non ferebant, ab hoc die benedicam *eis*.,, Sine dubio summa olim fuit varietas in situ particularum ει — ετι. Et certus sum, aliquos etiam habuisse οτι pro ετι. Arabs sic legit: οτι γνωσθησεται ετι εκ της αλω, οτι η αμπελος, και η συκη ετι και η — — ημερας ταυτης ευλογησω αυτα. Genuinam των O. lectionem hanc esse suspicor: ει ετι γνωσθησεται εκ της αλω και ει ετι

η αμπελος και η συκη και η — ημερας ταυτης ευλογησω αυτα. Legerunt

העוד הודע מגורן ועוד

num adhuc cognoſcetur ab area et (num) *adhuc* etc. et ante לא נשא ſubaudiuerunt אשר. Et fateor lectionem ועוד pro ועד mihi arridere. Primum quidem, ob teſtimonia veterum: nam et Ion. et Vvlg. legerunt ועוד. Deinde ob ſenſus concinnitatem qui prodit. Denique ob duriorem interpretationem quam flagitat ועד et אברך. Iam enim ſic vertendum eſſet, vt interrogatio fieret negatiua, quia vtrumque עוד iam ad לא ante נשא referendum eſt. "*Nonne adhuc* (nempe ab iſto die vigeſimo quarto vsque *ad hunc diem*) *eſt annona in horreis? num adhuc non tulit* (i. e. nonne ad hunc vsque diem frugiferae fuerunt) *vites et ficus et malogranata et oleae?* (*immo*) *ab hoc die benedicam* i. e. plus augebo iſtam fertilitatem ab hoc die: von nun an ſoll's noch reichlicher einkommen. Sic Ionathan. Sed Syrvs ſenſum contrarium expreſſit: *apponite corda veſtra, quod non ſit ſemen in area* (legit בגורן) *et vitis et ficus et malogranata et arbores oliuae non tulerunt: et ab hoc die* (legit ומן) *benedicam illis* (legit vt O. אברכם vel אברך אותם) *dicit dominus.* Vvlg. numquid iam ſemen in *germine* etc.

MANDATVM QVARTVM.

v. 20. ויהי וגו׳) Miror cel. Michaelem concludere conari a ſimilitudine verborum huius orationis et verborum ſecundae (v. 7.) ad ſimilitudinem argumenti. Hoc omnino indignum eſt ſapientia tanti Philologi. Nam primum non omnia et ſingula verba vtriusque orationis inter ſe conueniunt, ſed pauciſſima. Et, quod potiſſimum eſt, verba ipſa, inter quae ſimilitudo intercedit, eſſe tropica et fere prouerbialia. Iam probe notandum, in tali oratione verborum ſimilitudinem nihil omnino efficere. Si in textu dogmatico et plano de

eodem obiecto dicuntur verba plane ſimilia, tunc plane eundem ſenſum et ſcopum habere praeſumuntur. Verum in oratione poetica, praeſertim vbi prouerbiis vtitur ſcriptor, iſta concludendi ratio minime valet, certe tuto ſatis adhiberi nequit. Hinc iure prope noſtro rerum longe aliam reuolutionem ſupponimus in hoc textu, quam quae in ſuperiori ſignificata fuerat.

v. 21. פחת יהודה) O. iterum εκ φυλης Ιουδα.

אני מרעיש וגו') indicatur itaque conuerſio et perturbatio rerum omnium — nempe fore, vt opes Perſarum reliquorumque Barbarorum tum florentes ſeneſcant, et regna eorundem concutiantur et euertantur.

ואת הארץ) O. και την γην, και την θαλασσαν και την ξηραν. Verba haec e v. 6. huc migraſſe videntur.

v. 22. והפכתי וגו') cum horum verborum, quae proprie dicuntur cogitataque ſcriptoris ſine tropo exprimunt, *nihil* in oratione ſecunda reperiatur, nihil etiam argumentum orationis ſecundae cum argumento noſtrae commune habebit. Iam כסא ממלכות eſt majeſtas regia — reges ipſi. Ergo הפך וגו' eſt reges dejicere de imperio ſuo, eorumque regna euertere. O. και καταϛρεψω θρονους βασιλεων. Senſum loci bene reddiderunt. Nam quo minus putem eos legiſſe מלכים, impedit hoc, quod et mox habeant δυναμιν βασιλεων. — השמיד חזק eſt *frangere vires, euertere opes.* — מרכבה ſunt *eſſeda* et רכבים *eſſedarii*, qui pugnant ab eſſedis, αναβαται. — רדת h. l. eſt *cadere*, *interire.* Ion. יתקטלון. — Poſt prius ממלכות puto legendum eſſe גוים. O. και εξολοθρευσω δυναμιν βασιλεων των εθνων, και καταϛρεψω αρματα και αναβατας, και καταϛρεψω πασαν την δυναμιν αυτων, και καταβαλω τα ορια αυτων, και ενισχυσω τους εκλεκτους μου, και καταβη-

σονται (Αλλος: αναβησονται.) ιπποι και αναβαται αυτων εκαςος εν ρομφαια προς τον αδελφον αυτου. Verba και εξολ. δυν. τ. εθνων Compl. non habet. Et verba και κατασρεψω — — τους εκλεκτους μου nec in Ar. nec in Vatic. nec in Hebraeo textu repe-riuntur. Attamen ob ſummam autoritatem codicis Alex. ea puto non eſſe contemnenda. Certe fieri potuit, vt lectio antiquiſſimorum codicum hebraicorum, ob crebriorem repetionem verbi והפכתי periret, atque ideo in libris Alexandrinorum recentioribus per correctorum audaciam delerentur. Lectio hebraica quae prodit haec fere eſt:

והפכתי כל חילם
ופרצתי כל גבולותם
וחזקתי את בחירי

Syrus: *et ſubuertam currus ſuper conſcenſores eorum et cadent equi et equites eorum, vir gladio fratris ſui.*

v. 23. (אקחך וגו׳ חותם notat *annulum ſignatorium*, σφραγιδα. Eiusmodi annulos diligenter ſolent homines ſeruare, ne amittantur. Ergo ſenſus: tuebor te et ſeruabo diligenter. — בחר eſt *amare, delectari. probare.* O. διοτι σε ηρετισα — vt Matth. XII, 18. pro ον ηγαπησα. Actiuum loco medii. Nam αιρετιζειν eſt pr. eligere aliquid pro aliis, h. l. ſibi deligere. Hinc Heſych. ηρετισαμην· ηγαπησα, επεθυμησα, ηθελησα, ηραθην. Et iam notemus in בחרתי elegantem alluſionem ad בחירי *electos meos*, quo veroſimilior fit lectionis ſupra reſtitutae αυθεντια. O. ληψομαι σε Ζοροβαβελ, τον δουλον μου (Vatic. — Ζοροβαβελ τον του Σαλαθιηλ τον δουλον μου. Sic et Ar.) λεγει κυριος, και θησομαι σε εις (ac ſi legiſſent לחותם. Vatic. et Ar. ως) σφραγιδα — —

APPENDIX.

Ante hos quatuor annos vir quidam doctissimus et rei criticae eximie peritus schedulas quasdam ad me misit, in quibus varias lectiones hebraicas, e foliis aliquot pergamenis excerptas, descripserat. Has etsi non eximie momentosas, tamen ob *ακριβειαν* criticam cum qua adornatae sunt, cum lectoribus meis iam communicare decreui.

I.

Anmerkungen über das erſte Fragment,

welches enthält

Ezech. XVII. a verſus 10. voce vltima תִיבָשׁ ad verſus 15. vocem מִצְרַיִם

—— —— a verſus 19. voce בזה ad verſum 22. tot.
Ezech. XVIII. a verſ. 3. voce אֲדֹנָי ad verſum 7. tot.
—— —— a verſ. 13. voce הָאֵלֶּה ad verſ. 17. vocem יָמוּת

und deſſen Varianten ich von dem andern durch die Benennung Fragmentum I. unterſchieden habe.

1. Das MSCt war, ſo viel man aus den Ueberbleibſeln ſehen kann, in Folio, in 2. Blättern oder 4. Seiten, jede Seite hatte 2. Columnen, und auf der man umkehren muſs, iſt am Ende das Wort חלול Cap. XVII. 22. als Cuſtos angebracht.

2. Die Materie deſſelben iſt Pergament.

3. Die Buchſtaben kommen mit den unſrigen überein, ſind ſehr leſerlich, ſehr rein und faſt ſo wie die Buchſtaben in Reuchlini Grammatica und Lexico ebr. Die Dinte iſt auch ſchön.

4. Die Puncte ſind von einer *andern* und neuern Hand, deren Urheber weder gute Dinte hatte, noch die Figuren ſchön machte.

5. Ueber den literis בגדכפת iſt jederzeit von dem Punctatore ein Raphe geſezt, wenn der Buchſtabe mit der Adſpiration ausgeſprochen werden ſoll, wie Reuchlinus und andere Grammatici auch wollen.

6. Literae dilatabiles ſind nicht gebraucht, auſer das ב in dem Worte חוב Cap. XVIII. 7.

7. Die Verſe unterſcheidet der Scriba durch das Soph Paſuk ohne den Silluk, welchen erſt der Punctator hinzu thut.

8. Wenn am Ende einer Zeile noch Spatium übrig ist; so beschreibet dasselbe der Scriba theils durch blose 2. perpendicular Puncta ⁚ theils durch einen oder etliche Buchstaben des folgenden Worts, die aber nicht punctiret sind, und im folgenden wiederholet werden.

9. Das merkwürdigste ist, daſs die beyden mahle, nämlich Cap. XVII. 21.
— XVIII. 14. nach Art der meisten alten Codd. das Keri im Texte stehet, und von keiner variante lectione in margine etwas zu finden ist, wodurch die wunderlichen Hypothesen völlig widerleget werden, als ob Geheimnisse darunter zu suchen wären.

10. Auser etlichen sehr wenigen in margine befindlichen Buchstaben finde ich nichts als den Text, und auch diese wenige Anmerkungen betreffen nur die langen Vocales bey einem Accentu domino, z. E. Cap. XVIII. welche aber schon auch Hooght in seiner Edition bemerket.

11. Nun was das Vaterland dieses Fragments, und die Zeit, wenn der Codex zerschnitten worden, betrift; so kann er, um das lezte zuerst zu beantworten, nicht über 150 Iahre ohngefehr zerschnitten seyn, weil die darinnen befindliche Bücher um selbige Zeit gedruckt worden. Daſs aber, wo nicht Erfurt, doch wenigstens ein benachtbarter Ort dort herum diesen Cod. gehabt, glaube ich ganz wahrscheinlich machen zu können. Wir wollen also erst sehen, was für Bücher darein gebunden gewesen:

1. (Weinrichii Rect. Isenac.) Manuductio ad Grammaticam Latinam Erford. 1613.
2) Paedologia Petri Mosellani Erford. sine anno.
3) Catonis Disticha 1613. Erford.
4) Vollandi Nomenclatura Latino german. in usum schol. Arnstatensis et *aliarum* in comitatu Schwarzburg. edita a M. Erasmo Hedeno, Rect. Schol. Arnst. Erford. 1606.
5. Buscheri (Rect. Hannover.) Arithmetica Witeb. 1612.

Aus dem Verzeichniſs dieſer Bücher ſiehet man, daſs die Grammatik das Hauptbuch darunter geweſen, und die andern nur appendicis loco, weil es auch Schulbücher ſind, darzu gebunden worden.

Die Grammatik iſt in Erfurt gedruckt, die andern Bücher auch bis auf das lezte. Könnte man gleich vermuthen, daſs eine Grammatik, die in Erfurt gedruckt worden, in einem weit davon entlegenen Ort eben ſowohl hat können eingebunden werden, als an einem nahe gelegenen oder wohl in Erfurt ſelbſt; ſo iſt doch wegen der leztern Bücher ſehr glaublich, ſie ſey entweder in Erfurt, oder in einer Erfurt nahe gelegenen Stadt gebunden worden, denn ein Fremder wählt nicht ſo leicht kleine Schulbücher, die alle an einem Ort gedruckt ſind, und ſonſt keine Verbindung haben. Hingegen einer in loco ſelbſt wählt entweder gerne, oder muſs die Bücher wählen, die daſelbſt gewöhnlich ſind. Aus dieſen Betrachtungen nun, bin ich auf den Einfall gekommen, ob vielleicht dieſes Fragment ſich nicht gar von Erfurt herſchreiben möchte. Wenn zumal Weinrichii Grammatik damals in Erfurt tractiret worden; ſo bekäme dieſe Vermuthung einen neuen Schein. Die ehemaligen Beſitzer dieſer Bücher waren wenigſtens in Thüringen zu Hauſe.

12. Das Alter des Codicis getraue ich mir nicht zu beſtimmen, weil wir in dieſem Stück der hebräiſchen Critik noch zu weit zurück ſind, und noch keine Grundſätze haben, wie man aus den Characteren der Buchſtaben das Iahrhundert, wenn ſie geſchrieben worden, beſtimmen ſoll. Zwar kann es ſolche Bücher geben, die einen Verſuch gemachet, mir iſt aber in den Schriften derer, die von der hebräiſchen Critik gehandelt haben, noch nichts vorgekommen, darauf man ſicher bauen könnte. Iablonsky, Tellers etc. Grundſätze, das Alter der hebräiſchen MSCt. zu beſtimmen, ſind zu allgemein, und gehen nicht ins Detail.

13. Das Fragment iſt, wie das andere, in meiner kleinen Bücherſammlung.

Fragmenti I. Varietas Lectionis.

Ezechielis XVII.

	Hooght. ed. 1705. Amst. et Vltraj.		Manuscript.	
v. 12.	אוֹתָם	-	אתם	
v. 13.	וַיִּכְרֹת	-	ויכרת	forte legit וַיִּכָּרֵת
v. 19.	הֵפִיר	-	הֵפֵר	Scriba forte legit הֵפַר Gen. 17. 14.
v. 20.	רִשְׁתִּי	-	את רִשְׁתִּי	
	וַהֲבִיאוֹתִיהוּ	-	והביאתיהו	
	מַעֲלוֹ	-	במעלו	
v. 21.	מִבְרָחָו	-	מברחיו	sic etiam edidit Münsterus.
	בְּכָל	-	וכל	
v. 22.	יֹנְקוֹתָיו	-	יונקתיו	
	אֶקְטֹף	-	אקטוף	

Nota. Weil diese Worte auf der äusern Seite des Einbandes stunden, so waren die übrigen Puncte verblichen, und nur was ich angemerket habe, sichtbar.

	Hooght.		Manuſcript.	
Ezéch. XVII. 22.	גָּבֹהַ	-	גבוה	cum fulcro.
Ezech. XVIII.				
v. 3.	אֲדֹנָי יֱהֹוִה	-	אֲדֹנָי	omiſſa voce יהוה, ſed punctator poſt אדני duxit lineam perpendicularem, et in margine notauit ׄ
	יִחְיֶה	-	יִחְיֶה	ſine metegh, quod ſaepius omittitur.
	מְשֹׁל	-	מְשׁוֹל	cum fulcro
	בְּיִשְׂרָאֵל׃	-	׃ בְּיִשְׂרָﭏ	cum abbreuiatura ﭏ vid. e. g. Eiſenmengeri Bibl. ebr. non punctata, vbi ſaepiſſime.
v. 4.	לִי־הֵנָּה	-	לִי הֵנָּה	
	הַחֹטֵאת	-	הַחֹטֵאת	ſine metegh
v. 5.	יִחְיֶה	-	יִחְיֶה	ſine metegh
v. 6.	גִּלּוּלֵי	-	גִּילּוּלֵי	cum fulcro

	Hooght.		Manuſcript.	
Ezech. XVIII. 7.	יְתֵּן	-	כתן	ſed punctator correxit כ in י et puncta futuri addidit et legit יִתֵּן
—	וְעֵרֹם	-	וְעֵרוֹם	
v. 14.	וַיִּרְא	-	וַיִּרְאֶה	, Keri ergo hoc loco vti ſupra Cap. XVII. 21. in textu eſt, nec varians lectio in margine conſpicitur.
	יַעֲשֶׂה	-	יַעֲשֶׂה	
	כָּהֵן׃	-	כָּהֵן׃	ſed manus ſecunda correxit: בָּהֵן
v. 15.	גִּלּוּלֵי	-	גִּילוּלֵי	vti ſupra v. 6.
	אֶת־אֵשֶׁת	-	וְאֶת־אֵשֶׁת	
v. 16.	וּגְזֵלָה	-	וּגְזוּלָה	punctator addidit ו, ſed minus, quam literae ſunt, ſed ו in medio confoſſum eſt, cuiusmodi exemplum Iablonsky Praef. ad bibl. Ebraea §. 36. adduxit.
	וְעֵרֹם	-	וְעֵרוֹם	
	כִּסָּה־	-	כִּסָּה	

Hooght.	Manuſcript.	
Ezech. XVIII. 17. בְּחֻקּוֹתַי -	בְּחֻקֹּתַי,	ſine fulcro, vt editio Münſteri.

Finis Variantium lectionum Fragmenti primi.

II.

Anmerkungen über das zweyte Fragment.

1. Solches enthält auf Pergament

Ezech. VI. 13. a voce חַלְלֵיהֶם, ad vers. 14. voc. עֲלֵיהֶם

— VII. 6. ad v. 8. voc. כָּל־

— VII. 14. ad v. 16. voc. אֶל־

— VII. 21. voc. וְחִלְּלוּהָ ad v. 24. voc. גְּאוֹן

— VIII. 2. a voce אֵשׁ ad v. 3. voc. אֶל־

— VIII. 7. a voce דּוֹר ad v. 10. voc. וְכָל־

2. Es waren verſchiedene Bücher darein gebunden, die theils in Tübingen, theils in Stettin gedruckt ſind. Unter den lezten finden ſich Hochzeit-Gedichte und Leichen-Carmina, nur 1. Bogen ſtark, die ſelten über die Mauern einer Stadt kommen, weil ſich niemand um dergleichen Gelegenheits-Gedichte bekümmert, und die nur die Einwohner der Stadt, wo ſie gedruckt werden, oder die Leiche iſt, allenfalls intereſſiren. Daraus ſchlieſſe ich nun, daſs dieſer Codex ehedem in Stettin geweſen, und durch die Unwiſſenheit des Buchbinders zerſchnitten worden. Wenn ſolches geſchehen, iſt nicht gewiſs zu beſtim-

men, doch muſs ſolches nicht lange nach 1605, und alſo vor ohngefehr 160 Jahren geſchehen ſeyn. Denn die Stettiniſchen Gedichte ſind 1603. 1604. 1605. gedruckt. Solche kleine Schriften aber dauern nicht lange, ſondern wenn ſie ungebunden ſind, verliehren ſie ſich bald.

3. Das MSCt. war in Folio in forma patente, jede Seite hat 3. Columnen.

4. Die Buchſtaben ſind ſchön, aber nicht allemahl von einerley Gröſe. Das ה iſt oben nicht offen, ſondern zu: ח, das ע gemeiniglich gröſſer als die andern, welches den Urſprung der lit. majuſcul. begreiflich macht.

5. Die literae Finales gehen nicht ſo weit herab, als in den Codd. impreſſis.

6. Das Spatium reſiduum einer Zeile ſuppliret der ספר entweder durch einen literam dilatabilem, e. g. ein oben lang gedehntes ךּ, ך, ר, (welche in gedruckten Bibeln nicht vorkommen) oder durch die Anfangsbuchſtaben des folgenden Worts, welche aber der נקדן nicht punctiret, oder endlich durch halbe Buchſtaben, z. E. durch ein halbes Schin.

7. Hingegen wenn das Wort bis auf einen einzigen Buchſtaben auf die Zeile gehet, ſo machet der Scriba die Buchſtaben näher aneinander, daher ſie bisweilen zuſammenlaufen.

8. Das Soph Paſuk hat der ספר hingegen den Silluk der נקדן hinzugeſetzet.

9. Die Puncta ſind von einer andern Hand, doch iſt der Punctator ſorgfältiger als der vorige.

10. Auf den literis בגדכפת iſt, wenn ſie mit der Adſpiration ausgeſprochen werden ſollen, ein Raphe.

11. In der Stelle Cap. VII. 21. ist das Chetibh im Text, und das קרי stehet in margine, von dem Punctatore angemerket.

12. Unten hat das Fragment auf jeder Seite 3. Zeilen der Masora, die gröstentheils unleserlich ist, und die ich in Ermangelung der Bibl. Rabbin. nicht conferiren kann.

13. Das Fragment kommt mit dem gedruckten Text besser und öfterer überein als das vorige, daher auch wenige Varianten sind.

14. Das Alter des Cod. getraue ich mir nicht zu bestimmen. Ich halte ihn aber vor jünger als das vorige.

15. Das Fragment ist in meiner Büchersammlung, und von mir in einer Auction erstanden worden.

16. *Cap. VI.* 13. in dem Wort גלוליהם konnte der Scriba solches nicht auf eine Zeile bringen, er suppliret also das Spatium durch die ersten Buchstaben dieses Worts, das er in der folgenden Zeile ganz und richtig wiederholet, wobey aber das anzumerken, daſs er an statt — גלול gesetzet hatte גרלר, in dem ganzen Worte aber in der folgenden Zeile schreibt er גלוליהם.

Fragmenti II. Variantes lectiones.

	Hooght.		Manuscript.	
Ezech. VI. 13.	סְבִיבוֹת	-	סביבת	
	מִזְבְּחוֹתֵיהֶם	-	מִזְבְּחֹתֵיהֶם	
	רָמָה	-	רָמָה	
— VII. 8.	אֶשְׁפּוֹךְ	-	אֶשְׁפֹּךְ	sic et Münsterus.
VII. 14.	הֹלֵךְ	-	הוֹלֵךְ	sic Münsterus.
VII. 22.	צְפוּנִי	-	צְפוּנִי	
VIII. 2.	כְּמַרְאֵה־זֹהַר		כְּמַרְאֵה זֹהַר	
	הַחַשְׁמַלָה׃	-	הַחַשְׁמַלָה׃	Münsterus הַחַשְׁמַלָּה

	Hooght.		Manuſcript.
Ezech. VIII. 3.	אִתִּי	-	deficit, ſed in margine punctator ſupplevit.
VIII. 8.	חֲתָר־	-	חֲתָר־ ita Münſterus

Hof.
d. 20. Nou. - Kapp,
1770.

Tertius.

03534